



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati mortalis Libri Qvinq[ve]

Pelecyus, Johannes

Monachii, 1615

Liber Qvartvs. Graue est peccatum mortale, si spectemus grauissimas  
pœnas, quas impius, propter illud, dependere debet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

DE INFINI-  
TA GRAVITATE  
PECCATI MOR-  
TALIS.

LIBER QVARTVS.

Graue peccatum mortale  
est, quia impius, ob illud  
grauissimas pœnas de-  
pendere debet.

CAPVT I.

*Deus impium seuerè & grauiter ob  
peccata castigat.*

**D**E grauitate & prau-  
itate peccati mortalis  
multa ad huc diximus  
plura sequuntur; eandem enim  
pœnæ quoque & supplicia gra-  
uia, quibus Deus illud, vt & im-  
pium, qui eo se astrinxit, seuerè

O 7 admo-

admodū & grauiter castigat, clarissimè demonstrant; de ea proinde grauitate & prauitate agendum etiam est, eo fine, vt homo improbus, qui sensu magis quam ratione & fide omnia metiri solet, vel pœnarum detrimetorumque fulmine cœlesti ictus, in gemitus & dolores soluatur, timoreque seruili concussus, peccata in posterum, prioribus per pœnitentiam deletis, caueat; vtilitate siquidem ac fructu timor ille non caret, iugis modò sit, concipit enim, concipit autè? parturit, & parit quoq; salutem, demonstrat fugere a ventura ira, configit carnes, *chardritatem, vt Seta sutoris, quemadmodum D. Augustinus loquitur, linum, quo calcens sunitur, introducit.* Quod autem Deus in impium animaduertat, verba hæc declarant: *Ps. 38. 12. A fortitudine manus tuæ ego defeci*

feci in incre  
tute corrip  
fecisti sic  
Verba it  
in ciuitate  
rit: quo  
culpæ in  
enim, vt  
dem pote  
Chryso.  
Malorum  
peccatū: I  
tumultu  
que omni  
fones. V  
volens  
esse pec  
vbi ani  
cum ef  
es, noli a  
deterius  
qui cal  
vel cau  
vel Da

feci in increpationibus: propter iniquitate corripuisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam animam eius. Verba item hæc alia: Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit: quod de malo pœnæ, non culpæ intelligi debet; peccatum enim, vt Abacuc ait, ne respicere quidem potest Deus. Confirmat id D. Chrysostomus, cum sic scribit: Malorum omnium causam constat esse peccatū: Ex peccato tristitia, ex peccato tumultus, ex peccato bella, morbi, atque omnes quotquot nos premunt passionēs. Vnde Dominus ostendere volens malorū omniū causam esse peccatum, paralytico dixit, vbi anima & corpore paralyticum esse vidisset: vade, sanus factus es, noli amplius peccare, ne tibi aliquid deterius contingat. Errant igitur illi, qui calamitates, quas sustinent, vel causis naturalibus, vel astris, vel Dæmonibus, vel, vt D. Aug. loquitur,

Amos 3. 6.

Cap. I 13.

Hbr. 1. 1. de

pœnit.

Io. 8. 11.

De Vita  
Christia-  
na.

Ps. 13. 14.

Cap. 1. 6.

loquitur, non crimini sed consuetu-  
dini tribuunt. Deus virga est vigilans,  
quam Hieremias aliquando vi-  
dit, In virga verò seueritas vin-  
dictæ, in vigilia, scelerum cog-  
nitio innuitur. Quod eum deinde  
seueriter & grauiter Deus puni-  
at, in oculis est; gladium enim su-  
um vibrans, & arcum suum tendens,  
vasaque mortis parans, & sagittas su-  
as ardentibus efficiens, ita impium tra-  
stat, ut à planta pedis, quemadmodum  
Esaias loquitur, vsque ad verticem ca-  
pitis, in eo non sit sanitas; Idque ani-  
mæ, & corporis fortunarumque  
ratione: Deus enim ab eo recessit  
primùm, animæ deinde sta-  
tus, & perturbatus, & confusus  
iacet, ut & ordo eius ad potenti-  
as & facultates suas, & symme-  
tria concinna, intellectus cym-  
meriis tenebris obuolutus est,  
conscientia in tergum reiecta,  
voluntas ad malum inclinata,  
me-

memoria  
go Dei o  
rta, po  
destituta  
appetit u  
lis reddi  
oceanò a  
vsque de  
nus & li  
bona eti  
raria ma  
am Deu  
eum cœ  
tem geh  
rimoru  
Ad sum  
maloru  
rum sen  
miseria  
mortali  
cut aqua  
gena fig  
contritu  
sta, in qu

memoria læthargia sepulta, imago Dei obscurata, fama prostituta, potentia effectrix viribus destituta, sensus effrænes effecti, appetitus eos consequens rebellis redditus, corpus miseriarum oceano absorptum, & à summo usque deorsum discerptum: vulnus & lior, & plaga tumens. In bona etiam fortunæ, seu temporaria manum fortem iniecit etiam Deus, hæreditateq; tandem eum cæli spoliat, hæredem autem gehennæ, sociumque terretimorum spirituum constituit. Ad summam, homo, peccato, malorum ilias est, & ærumnarum seminarium. O probrosam miseriam hominis! O peccati mortalis grauitatem! *effusus est sicut aqua ne crescat, & tanquam lagenæ figuli contritione perualida ita contritus, ut in illo non remaneat testis, in qua colligatur aqua, maledictione*

ne

ne pessima tandem in agro, in ciuitate, ingrediens & egrediens, ita maledictus, vt qui eum considerat, inuacuum immensum se ingerat. De his malis omnibus, quorum non est numerus, vt magis illi perspiciantur, peccatiq; mortiferi odium maius concipiatur, in specie, suo loco, pluribus agemus.

## CAPVT II.

Merito Deus impium seuerè & graui-  
ter ob peccata castigat.

**H**ominè improbum à Deo primùm iure meritoq; castigari, natura dicitur. gentes & nationes recipiunt, fides his verbis docet. *Accipiet armaturam Zelus illius, & armabit creaturam ad ultionè inimicorū; Induet pro thorace iustitiā, & accipiet pro galea iudicium certū, sumet scutū inexpugnabile equitatē.* Orthodoxi Patres idem approbant; Cyprianus quidē cum sic scri-

Sap. 5. 18.  
& 19.

ad Deme-  
bria.

scribit: ipse de seruo tuo exigit seruiti-  
 um, & homo hominem seruire compel-  
 lit: & cum sit vobis eadē sors nascenti-  
 s, conditio vna moriendi, corporū ma-  
 teria cōsimilis, animarū ratio commu-  
 nis, equali iure, & pari lege vel venia-  
 tur in hunc mundū, vel de hoc mundo  
 pro modo recedatur, tamen nisi pro ar-  
 bitrio tuo tibi seruiatur, nisi ad nutum  
 pareatur, imperiosus & nimius serui-  
 tatis exactor, flagellis verberas, fame,  
 frigore, nuditate, frequenter ferro, & car-  
 cere affligis & crucias, & non agnoscis  
 Dominū tuum, cum sic exerceas ipse  
 dominatum? Quid ergo Dominus no-  
 stris nobis quotidie peccantib⁹ facturus  
 est? Hæc Cyprianus. Saluianus *Contra  
gentes.*  
 deinde sic loquens: Quid miramur  
 si peccantes nos Deus verberat, cum ipsi  
 peccantes seruulos verberemus? Iniu-  
 stitiam facimus, homunculos nos flagel-  
 lamus, a Deo nolumus, cum ipsi conditionis  
 nostriq; nostræ famulos frequentissime  
 verberemus. Malum præterea ipsum,  
 pœnam



penam exigit, ut sic in ordinem red-  
gatur, quemadmodum D. Augu-  
stinus sequentibus verbis docet.

Ep. 120.  
ad Hon.

Non efficit anima peruersè utens cre-  
aturis, ut ordinationem effugiat crea-  
toris, quoniam si illa male utitur bo-  
nis, ille benè utitur etiam malis, ac per  
hoc illa bonis peruersè utendo fit malis,  
ille ordinatè etiam malis utendo per-  
manet bonus, qui enim iniuste se ordi-  
nat in peccatis, iuste ordinatur in pe-  
nis. Peccator insuper ipse hoc  
agnoscit; Hinc Iosephi Patriar-  
chæ fratres, iusto Dei iudicio se  
puniri agnouerunt sic dicentes:

Gen. 42. 21

Merito hæc patimur, quia peccauimus  
in fratrem nostrum, idcirco venit super  
nos ista tribulatio; Neque verò id  
solum agnoscit, sed & supplici-  
um clamore effuso requirit; sic

Gen. 18. 12.

enim legimus: Clamor Sodomorum  
& Gomorrhæ multiplicatus est, &  
peccatum eorum aggravatum est ni-  
mis. descendam & videbo utrum cla-  
morem,

mem, qui venit ad me opere comple-  
verunt. Quare clamor multiplica-  
tur, nisi quia peccatum aggrava-  
tur? quasi idem sit peccatum au-  
gere, & vocem vindictam depof-  
centem extollere. Clamat itaque  
peccator, clamat iniquitas, non  
misericordiam petens, sed pœ-  
nam expofcens. Dei tandem fla-  
gella eius prouidentiam decla-  
rant. *Hinc iustus, vt Pfaltes docet, Ps. 57. 11.*  
*cum vindictam videt, latatur, ma-*  
*nusque suas lauat in sanguine pecca-*  
*toris, & dicit: si utique est fructus iu-*  
*fti, utique est Deus iudicans eos in ter-*  
*ra. Homines, etiam ad eius cul-*  
*tum & venerationem inducun-*  
*tur; id quod his Prophetæ ver-*  
*bis indicatur: Cum feceris iudicia Es. 26. 9.*  
*tua in terra, iustitiam discunt habita-*  
*tores orbis. Impio deinde & atro-*  
*ces & multiplices pœnas meritò*  
*à Deo infligi, docet Pfaltes his*  
*verbis; Deus iudex iustus & fortis; Ps. 7. 12.*  
*illis.*

*Pf. 18. 10.*

*illis etiam: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa; vniuersè enim de pœnis ille agit: Ideo etiam sapiens sic habet: Cuncta quæ sunt,*

*Eccle. 12. 14.*

*adducet in iudicium, vt æquitas scilicet, quo ad omnia, appareat. Etiam multa rationes demonstrant, an enim ille supplicia aliqua iniuste inferre potest, qui summa benignitate, modisque omnibus omnes eos ad se vocat, qui laborant, oneratique sunt, peccato nimium? qui in multa patientia vasa iræ apta in interitum sustinet, cùm nonnulla Prophe- tæ etiam, vel offensione, vel admiratione, qui impium de supplicio, antequam infertur, monet, vt sibi cauere possit à ventura ira? qui diluuiò mundum deleturus, dolore cordis intrinsecus tactus fuit? qui minoribus mitioribusque pœnis peccatorem excitat, & in eum, vt in Pha-*

*Matt. 17. 28.**Hier. 12. 1.*

*raonem, de mulca sua ratione dormientino exciprouocat propemoquis aru tandem: fmutefce supplicio triuisti il nemo læc*

*Deus pec*

**I**N pœn castiga & vt Pro a, castiga pter pecc alio mor tēsus esse

rao-

rationem, culices primum, exinde muscas, ranas, locustas, &c. sua ratione immittit, & non nisi dormientis instar & crapulati à vino excitatus, & ad iracundiam prouocatus, ad ultionem, coactè propemodum, progreditur, & aquis ærumnarum, extremoque tandem supplicio mactat? Obmutesce sidon, qui de grauitate suppliciorum, conquereris. Intriuisti illa tibi, exedas oportet: nemo læditur nisi à seipso.

## CAPVT III.

*Deus peccato impium propter peccatum punit.*

[N pœnis, quibus Deus impiū castigare solet, grauiissima illa, & vt Propheta loquitur, *plaga inimi* Hier. 30. 14. *castigatio crudelis est, qua eū propter peccatū mortiferū, peccato alio mortifero punit. Cuius hic uelut essentia debet, quasi peccato*

mor-

No. 1. 3.

mortali, per se & formaliter con-  
siderato, vt defectus scilicet vo-  
luntarius est perfectionis ex lege  
aeterna debitæ, aliud præcedens  
castiget; hoc enim diuinæ boni-  
tati repugnat, qua sine factum  
est nihil, scilicet peccatum; sed  
peccato mortali per accidens,  
quod nimirum occulto, iusto ta-  
men Dei iudicio fit, per subtra-  
ctionem auxiliij peculiaris, quo  
peccatum tale impediretur; cu-  
ius enim peccati hæc subtractio  
pœna dicitur, eiusdem pœna per  
accidens esse censetur peccati,  
quod eam subtractionem auxi-  
lij peculiaris consequitur. Pec-  
cato deinde, vt per se & forma-  
liter priuatio est boni conveni-  
entis naturæ, boni nempe hone-  
sti, potest Deus peccatum aliud  
castigare, & verò sæpe quoque  
castigat. Inde tamen rectè non  
concluditur peccatum mortale  
per

Li  
per se & f  
vinam vo  
damnu ei  
efficienter  
mittenten  
Hinc cõcl  
culpæ nor  
nam pœna  
deinde ex  
ificat in al  
quâdo q  
precipitar  
ordescere  
ere super  
tis accun  
na Apost  
siderijs  
Chrysosto  
tur homo t  
pagine fi  
cupidi  
tur, capit  
no enim q  
addictu

per se & formaliter cadere in di-  
 vinam voluntatem, nec etiam vt  
 damnū eiusmodi est, ceu causam  
 efficientem, sed deserentē & per-  
 mittentem iustē vt dictum est.  
 Hinc cōcluditur Deum malum  
 culpæ non inferre, sed malū tan-  
 tum pœnæ, iuxta dicta; impium  
 deinde ex vno peccato, nisi resi-  
 stat in aliud & aliud semper, a-  
 quādo quoq; maius & grauius  
 precipitari, sordidumque adeo  
 descendere magis, iniquitatē ad-  
 dere super iniquitatē, debita de-  
 meritis accumulare, peccata sua, iu-  
 sta Apostolū implere, totumq;  
 desiderijs tradi. Explicat id D.  
 Chrysostomus his verbis: Cum di-

*Apoc. 22. 11*  
*Pf. 68. 28.*  
*1. Thes. 2.*  
*16.*

*Hom. de*  
*Adam &*  
*Eua.*

*2. Pet. 2. 19.*

**P** quens

quens præcedentis pœna peccati. An  
 est peccatū & pœna peccati, ut legitur  
**Rom. I. 27.** Dominus enim immisit eis spiritum erri-  
 ris, ut faciant quæ non conveniunt, sicut  
 seducitur ebrius? An non est pec-  
 catū, & pœna peccati, ubi Deo dicitur  
**Es. 63. 17.** Propheta: Quid errare fecisti nos de vi-  
 tua, obdurasti corda nostra, ut nō time-  
 remus te? An non est peccatū & pœna  
 peccati ubi legitur de gentib⁹, quas  
**Ios. II. 20.** bellavit Iesus Naave: quia per domum  
 factū est confirmari cor eorū, ut obvia-  
 rent ad terram Israel, ut exterminare-  
 tur? An non est peccatū, & pœna pe-  
**3. Reg. 12. 15** cati quod non audiuit Roboam rex ple-  
 bem bene momentē? quia sicut ser-  
 pentura loquitur, erat conversus à Domino,  
 ut statueret verbū suū, quod et locutus  
 est in manu Prophetæ. Et multa alia  
 commemorare possumus, in quibus li-  
 quidō apparet, occulto Dei iudicio fieri  
 perveritate cordis, ut non audiat quod  
 verum dicitur, & inde peccetur, &  
 sit ipsū peccatū præcedentis etiam pœna  
 peccati. Hæc Chrysol. Ex quibus

omnibus intelligitur quanta læ-  
niferi peccati grauitas existat, &  
anæ magnitudo.

## CAPVT IV.

Quia hominis impij plurimum de-  
trimenti importat Deus.

Ornat enim eam gratia iusti-  
ficatæ, bono, cui nihil neq; in  
omine, neq; extra hominē, in  
nato naturæ ābitu exæquari, ne-  
quā prapōderare potest; adeoq;  
inimam eam, vt & hominē ipsū,  
suis ratione, exuit veste illa, quā  
spiritus sanctus ex vellere & lana  
agni ad occisionē ducti, & corā  
obdente obmutescēis cōfecit, e-  
dēq; agni sanguine pretiosissi-  
mo purpureā reddidit. Opes de-  
de illas ferè oēs, quib<sup>9</sup> in Christo I. Cor. 1. 9.  
factus est, tollit; vt & thesaurū  
incomparabilē, quē q̄ habet, particeps S. 1. 6. 14.  
amicitiæ Dei, & quo cæleste reg-  
nū cōparari potest, miserūq; adeo il-  
lū miserabilē, nudū, cœcū, & paupe  
reddidit. Aufert itē ab ipio animæ



pulchritudinem eam, qua nemadn  
 Thren. 4. 8 cādidior niue, nitidior lacte, rubi  
 dior ebore antiquo, sapphyro pul  
 fuit, eamque super carbones, [vt] h  
 pheta ait, sic devigrat vt att  
 tartareo orci inquinatior, ad  
 rabilem suum decorem pecc  
 nigredine commaculet, odore  
 tumq; spiritalē purgatumq; m  
 credibili fœtoris molestia aff  
 at. Deturbat etiam illam de san  
 tate, facultatemq; consequent  
 adimit, qua homo poterat vit  
 re peccata mortalia omnia, ear  
 nusq; perfectè legē diuinā adim  
 plere, & Deum super omnia dil  
 gere. Fauorem præterea & fru  
 um, quo ipsam antea mirificè  
 plectebatur, odio permutat, an  
 maque adeo Deo non est dilec  
 eiq; illa nō placet, & Deus illa  
 respicere non potest. Neq; iust  
 stiā est homo amplius, neq; pe  
 peccatū, erga Deum sic se habe  
 quer

. mort.

quemadmodum oportet; prōp-  
 nis enim non est ad præstandum  
 Deo iustum & debitū obsequiū,  
 quale in hac vita antepoterat, *pa-*  
*Rom. 5. 2.*  
 adeo nō habet ad Deū, per Domi-  
 lesū Christū, vt Apostolus ait.  
 Qui ante peccarū etiam sapien-  
 sedes, Deiq; thronus illustris-  
 m fuit, in quo dulciter ille qui-  
 pit, deliciasq; suas habuit, & tā-  
 am diuinus magister hominē  
 ocuit & direxit, post peccatum  
 monum latibulū abominabi-  
 est, in quo onocratulus, ericius, &  
*Es. 34. 11. 12*  
 coruus habitant, Draconū &  
 hionū item cubile, & omnis spiri-  
 immūdi, & omnis volucris immū-  
 odibilis custodia. Qui diuinā  
 tia Dei filius, diuinæq; adeo  
 naturæ cōsors fuit, filius esse pec-  
 ato mortifero desuit, diuinæq;  
 naturæ exfors factus est, & filius  
 Diaboli, desideria eius omnia fa-  
 tiens. Amisit & per peccatū vitā  
 que

P 3 Spi-



UNIVERSITÄTS-  
 BIBLIOTHEK  
 PADERBORN

In mart.  
Iulstram  
hom. 5.  
Serm. 18.  
de Ser. Ap.

Spiritualem; anima enim, quæ a  
immortalis est, ut S. Basilius  
ceter, moritur illo: Id quod his ver  
docet D. Aug. Vita corporis anima  
vita anima Deus, hunc autem peccat  
amittit, dum se peccato alligat, gratia  
perdit. Addit: non sunt in te viscer  
pietatis si plures corpus, à quo recessit  
anima, & non ploras animam, à qua  
cessit Deus; talis enim anima post pe  
catum non aliter relicta est, quam corpus  
à quo anima recessit. Ad vitam t  
dem æternam ius perdidit impi  
us, & ne eum verè pœniteat, ce  
lesti quoque hæreditate, cuius  
gratia pignus habuit, excluditur,  
& descēdentes in infernū com  
latur. Foris canes & venefici, & im  
pudici, & homicidæ, & idolorum serviti  
tes, & omnis qui amat & facit men  
daciū. O gravitatem infinitam  
peccati mortalis!

Apoc. 22. 15

CAPVT V.

Peccatum mortale magnum affert in  
tellectui malum. Ma-

**M**alum illud, quod ex occa-  
 su solis gratiæ, adeoq; ex  
 mortifero peccato oritur, sacra  
 scriptura multis variisq; nomi-  
 nibus describit; vocat enim ignorā-  
 tiam, & quidē crassam, Dei, & cu-  
 iusvis sui ipsius. Dei, cum dicitur  
 apud sapientē: *Cinis est cor eius* (im-  
 pi) & *terra superuacua spes illius, &*  
*luto vilior vita eius, quoniā ignoravit*  
*qui se finxit, & qui inspiravit illi ani-*  
*am quæ operatur, & qui insuffla-*  
*uit ei spiritū vitalem.* Cum item di-  
 citur ab Esaia: *Cognovit bos possessore*  
*suum, & asinus praesepe Domini sui, Is-*  
*rael autē me non cognovit, & populus*  
*meus non intellexit.* Ignorantiam  
 deinde cuiusvis sui ipsius indicāt  
 hæc verba: *si ignoras te o pulcherri-*  
*ma inter mulieres, egredere & abi post*  
*vestigia gregū tuorum, & pascere hædos*  
*tuos iuxta tabernacula pastorū.* No-  
 minat deinde cæcitate: hinc il-  
 lud est: *Quis cæcus nisi servus*  
*meus.*

Sap. 15: 19.

Is. 1: 3.

Cant. 1: 7.

Es. 42: 19.

- Cap. 30. 10. *mens. Et illud: Palpauimus sicut caeci parietem, & quasi absq. oculis attre-  
Et auimus; impegimus meridie quasi  
in tenebris. Et illud: Educ foras pu-  
pulum caecum, & oculos habentem.*
- Cap. 43. 8. *Et: Ambulabunt ut caeci, quia Domi-  
no peccauerunt. Appellat tertio ma-  
lum illud tenebras: sapientis oculi  
ait Ecclesiastes, in capite eius, stultum  
in tenebris ambulat. Et: Palpabunt  
(impij) quasi in tenebris, & non in  
luce, & errare eos faciet quasi ebrios.*
- Soph. 1. 17. *Dicunt, iuxta Prophetam, malum  
bonum, & bonum malum, ponentes te-  
nebras lucem & lucem tenebras.*
- Cap. 2. 14. *Dicit quarto errore, cum impio-  
sic loquentes introducit: Ergo  
errauimus a via veritatis, & iustitia  
lumen non luxit nobis, & Sol intelli-  
gentiae non est ortus nobis. Ei quin-  
to imponit nomen infantiae: Vsq.  
quo paruuli diligitis infantiam, & stulti  
ea, quae sibi sunt noxia, cupient, & im-  
prudentes odibunt scientiam? Men-  
daciij*
- Cap. 12. 25. *Et: Palpabunt  
(impij) quasi in tenebris, & non in  
luce, & errare eos faciet quasi ebrios.*
- Es. 5. 20. *Dicunt, iuxta Prophetam, malum  
bonum, & bonum malum, ponentes te-  
nebras lucem & lucem tenebras.*
- Sap. 5. 6. *Dicit quarto errore, cum impio-  
sic loquentes introducit: Ergo  
errauimus a via veritatis, & iustitia  
lumen non luxit nobis, & Sol intelli-  
gentiae non est ortus nobis. Ei quin-  
to imponit nomen infantiae: Vsq.  
quo paruuli diligitis infantiam, & stulti  
ea, quae sibi sunt noxia, cupient, & im-  
prudentes odibunt scientiam? Men-  
daciij*
- Prou. 1. 22. *Et: Palpabunt  
(impij) quasi in tenebris, & non in  
luce, & errare eos faciet quasi ebrios.*
- Pf. 4. 3. *Dicunt, iuxta Prophetam, malum  
bonum, & bonum malum, ponentes te-  
nebras lucem & lucem tenebras.*

dacij eti  
ly homin  
ut quid au  
ritis mend  
illud stu  
peccatum  
cato, qu  
ratio prau  
ne reddis  
Omitto  
quibus p  
litteris a  
infantiae  
beatus vin  
eius, &  
in vanita  
mnino e  
multis q  
enim tra  
culam d  
suam on  
bestiae in  
spote vu  
set esse c

dacij etiam nomine signat: *Fi- Ps. 43.*  
*lij hominum usque quo graui corde?*  
*ut quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium?* Nuncupat item *Pruo. 14. 9.*  
 illud stultitiam; *Stultus illudet*  
*peccatum, id est, ludet cum pec-* *Dent. 32. 3.*  
*cato, quasi nihil sit. Et: Gene-*  
*ratio praua atque peruersa, hacci-*  
*ne reddis Domino stulte & insipiens?*  
 Omitto supra trecenta loca, in  
 quibus peccator stultus in sacris  
 litteris appellatur. Ponit ei tandē  
 insanix nomen, cū ita scribit:  
*Beatus vir, cuius est nomē Domini spes* *Ps. 39. 5.*  
*eius, & non respexit (ut peccator)*  
*in vanitates, & insanias falsas;* O-  
 mnino enim ille insanus est, &  
 multis quidem modis; gratiam  
 enim transfert in luxuriam, ma-  
 culam dat in gloriam, substantiā  
 suam omnē dissipat, characterē  
 bestix in fronte & manu accipit,  
 spē vult esse pauper, cū pos-  
 set esse diues, vilis, cū posset esse

P s nobi.

nobilis, mancipium, cūm posset  
 esse liber, amens, cūm posset esse  
 sapiens, damnari cūm posset sal-  
 uari. Profecto validis cippis in-  
 diget peccator, durisq; catenis;  
 barbarum adeoq; est peccatū mortale,  
 ut ait D. Chrylost. tyrannidemq; in  
 intellectum exercens, tanta ut mala  
 non videat & sentiat; ei omnino  
 cōuenit, quod Oseas aliquando  
 dixit: *Factus est Ephraim, quasi colūba  
 seducta, non habens cor.* In quæ ver-  
 ba sic commentatur D. Hierony-  
 mus: *Sola columba albatos pullos non  
 dolet, non requirit. Eundem in modum  
 iniquus, ut seducta columba, ablatam  
 gratiā, ablatam vitā aternā, ablatū ca-  
 lū, animam, Deum non dolet, nō requi-  
 rit.* Cōgruit etiam illud quod eo-  
 dem capite ab Osea in Ephraim  
 scriptum extat: *Comederunt alieni  
 robur eius, & ipse nesciuit, sed & ca-  
 ni effusi sunt in eo & ipse ignorauit. Co-  
 mederunt Dæmones & peccata  
 robur*

*Hier. 9. in  
 2. ad Cor.  
 7. c.*

*In com-  
 ment.*

robur in  
 ipse nesc  
 euenit, v  
 niat, &  
 rancia pe  
 dixi igno  
 Augustin  
 seron non m  
 ignorant  
 non quæ  
 quam an  
 te illam  
 eit. Non q  
 dus, qui se  
 querit rea  
 opus, nequ  
 cha euigi  
 Mala conse  
 ciat  
 Non  
 li v  
 dine pec

robur impij, id est, gratiam, & ipse nesciuit, imo aliquando euenit, vt ad senectutem perueniat, & in miserrima hac ignorantia perseueret. Miserrimam dixi ignorantiam, quia vt ait D. Augustinus: *Quid est miserius miser non miserante seipsum? Qui hac ignorantia laborat, Christum non quærit vt enim rem aliquã, quam amisti quæras, amisisse te illam animaduertas necesse est. Non quærit redimi, ait Bernardus, qui se nescit esse captiuum; si non quærit redimi festinat eò, ubi neque opus, neque ratio erunt. Impie Michæ euigila.*

Lib. 1.  
Confes. c. 18

Ep. 190. ad  
Innoc.

CAPVT VI.

*Mala conscientia dire torquet & cruciat hominem improbum.*

Non cessat enim illa horribili verme, q̄ in ea ex putredine peccati mortalis nascitur,

P 6 homi-



hominē impium rodere, reprehendere, timorib<sup>9</sup> & tristitijs vrgere, & ad pœnitudinē excitare. Id futurum prædixit Dominus

Gen. 4. 7.

Cain, cū ita eū alloquitur: *Nonne si bene egeris, recipies; sin autē male statim in foribus peccatū aderit?* peccatū, hoc est, punitio peccati nisi quòd, vt immanis leo pro foribus tuis, o impie, accubabit, vt te exterreat, & conscientia vobiscib<sup>9</sup>, de æterna pœna parata moneat, & ob Deum offensum implacabiliter reprehendat? Affirmat id ipsum Propheta his ver-

Hier. 2. 19.

bis. *Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te.* Crucē & carnificinam eandē indicat Iob his ver-

Iob. 15. 21.

bis: *Sonitus terroris semper in auribus illius (impij) & cū pax sit, ille semper insidias suspicatur: non credit quod reuerti possit de tenebris ad lucē circūspectans vndiq; gladiū.* Et

Prov. 28. 1.

Sap. 17. 11.

sapiēs: *Fugit impius nemine persequē-*

te, 11-

te, iustus autē quasi leo absq; terrore e-  
 rit. Et rursus: Cū sit timida ne-  
 quitia, dat testimoniū condem-  
 nationis; semper enim præsu-  
 mit sœua, perturbata conscien-  
 tia. Sancti Patres his concinunt.  
 D. Ambrosius: *Nulla, inquit, L. 3. Offic.  
 pena est grauior vulnere conscientie, c. 4. & 5.  
 nec ullum seuerius iudicium quàm  
 domesticum illud, quo quisque iudicat  
 seipsum esse reum.* D. Augustinus  
 eandem afflictionē indicat, cū  
 ita scribit: *peccatoribus non est locus Ad pl. 36.  
 in his, quæ foris sunt, quia ibi patiun-  
 tur tribulationes, ubi conscientia illos  
 non consolatur. Non est benè illis secū,  
 quia benè esse cū malo non potest; quis-  
 quis autem malus est, malè secum est.  
 Torqueatur necesse est sibi, seipso tor-  
 mento; ipse enim est pœna sua quem  
 torquet conscientia sua. Fugit ab ini-  
 mico, quò potuerit, à se quò fugiet?  
 scitè Chrysostomus: Conscientia  
 peccati, formidinis mater; spinis indor-*

Lib. 4. de  
conf. pr. 2.

mit, qui mala conscientia quietem  
querit. Et Boetius: Sicut bonis  
merces est bonitas, ita malis iniquitas  
supplicium. Exempla idem de-  
monstrant. Alexander M. cum  
Clytum sibi & carissimum & ma-  
ximè fidelem inter epulas temu-  
lētus perfodisset, facinore post-  
modum intellecto, conscientia  
sceleris furēs, mortem, nisi à cir-  
cumstātibus fuisset prohibitus,  
sibi intulisset. Nero, matre im-  
piè perempta, sceleris conscien-  
tiam nō ferens, furiarum verbe-  
ribus ac telis ardentibus vrgeba-  
tur. Caligula ad minima toni-  
trua caput obuoluebat, ad ma-  
iora sub lectum cōdere solebat;  
obuoluit & condidit cōscientia  
mali. Instat igitur à tergo sem-  
per Nemesis stricto ense, vt pro-  
meritis malū puniat, mordeat,  
perstringat, nec finem facit, do-  
nec ad officium redeat. Magnæ  
con-

contra  
conscien-  
tia de  
substan-  
est in co-  
cator n-  
per vius  
Hic mur-  
Nil consc-

In Vol-

ORig  
bef  
gis, & a  
lud inc-  
diana, p  
nos doc  
bet, su  
que, vt  
quò mi  
interdu

contra consolationes sunt in  
conscientia bona; bona consci-  
entia domus est quietis; Bona  
substantia est, ubi peccatū non  
est in conscientia. Vis ergo pec-  
cator nunquam esse tristis, sen-  
per viue benè.

*Hic murus aheneus esto,*

*Nil conscire sibi, nulla pallefcere culpa.*

### CAPVT VII.

*In Voluntatem magnas strages  
edit peccatum morti-  
ferum.*

**O**Riginali enim peccato la-  
befactatam, labefactat ma-  
gis, & ad malum pronam, ad il-  
lud inclinat amplius, vt quoti-  
diana, proh dolor, experientia  
nos docet. Id deinde studio ha-  
bet, sui iteratione repetitione-  
que, vt cum cauere non potest,  
quò minùs in bonum voluntas  
interdum feratur, tardè tamen  
& diu

& difficulter, rarioreque effectu id fiat; sæpe autem & facilè, successuque crebriore malum suscipiatur. Indurat tandem illam aliquando, vix vllis vt suasionibus flecti, beneficijsque quantumuis magnis emolliri, minis autem & flagellis durior effici possit. Inter alia, quæ de Behemoth eiusq; corpore dicuntur, hoc etiam est: *Cor eius indurabitur tanquã lapis, & stringetur quasi maleatoris incus*; Idem in voluntatem impiam conuenire potest; eò enim vecordiæ interdù progreditur, vt sit quasi lapis, & quasi incus nullis ictib<sup>o</sup> cedens. De ea. n. vt & homine improbo, in persona impiorum Hieremias sic loquitur: *percuisti eos, & non doluerunt, attriuisi eos, & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti.* Voluntatem hanc

Job. 41. 15.

Esep. 5. 3.

hanc du  
detur a  
his ver  
ferro aliq  
te; Velle  
inde mih  
xerat m  
uersa, fa  
libidini,  
consuetu  
cessitas,  
dam sibi  
appellat  
seruicus  
coligat  
funiculi  
piens a  
Ligatus  
ditur D  
vt Saul  
tantum  
admo  
in hæc  
suam

hanc duram, ferream catenā videtur appellare D. Augustinus *Lib. 8. confes. c. 5.*  
 his verbis: *Suspirabam ligatus non ferro aliquo, sed mea ferrea voluntate; Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenā fecerat, & constrinxerat me. Quippe ex voluntate peruersa, facta est libido. Et dum seruitur libidini, facta est consuetudo; & dum consuetudini nō resistitur, facta est necessitas, quibus quasi ansulis quibusdam sibi innoxis, unde catenam appellauit, tenebat me obstrictum dura seruitus. Hæc Augustinus. Cum coligatus quoque est impius, non funiculis tantum peccatorum vt *Prou. 5. 22.* sapiens ait, sed ferrea quoque catena; *Defuga.*  
*Ligatus*, iuxta Tertullianum traditur Diabolo quasi carnifici in pœnā, vt Saul; non traditur autem sic illi tantum, sed & illi venditur, quem admodum D. Augustinus docet *In expos. propof. ep. ad Rom.*  
 in hæc verba: *Vnusquisq; animam suam vendit Diabolo, accepto tanq; ad Rom. pretio**

No. 8. 34.

2. c. 2. 19.

De Joseph.

Parr. c. 4.

Lib. 2. c. 3.

2. de Civ.

4. 8.

pretio dulcedine temporalis voluptatis. Vendit autem se illi in servum, qui enim facit peccatum, ait apud B. Ioannem Christus, servus est peccati, & B. Petrus: à quo enim quis superatus est, huius & servus est; superatus autem est & à peccato, & Diabolo, horum ergo servus & mancipiū est. Vnde Ambrosius. Servile omnino est peccatum; libera est innocentia; quomodo enim non servus omnis avarus, qui pro exiguo pecunia lucello seipsum auctoriatur? timet enim ne congesta amittat. Quomodo autem non & ille servus, qui subditus est libidini? primum suis ardet incendijs, & peccati sui sacrificibus exurit. Et libro de Iacobi: qui facit peccatum servus est peccati, & quod peius est, multorum servus est, qui subiectus est vitijs, multis se Dominis addixit, ut servitio ei exire vix liceat. Et Augustinus: Bonus & si seruiat, liber est, malus autem etiam si regnet

regnet  
sed quo  
quoc  
nulli p  
Deo,

Egestat

S Po  
di  
mum  
homi  
re fo  
nibus  
exerc  
dinal  
doni  
cum  
fine h  
ad vo  
quen  
quet  
eice

regnet, *Seruus est, nec unius hominis, sed quod est grauius tot Dominorum, quos vitiorū. Is solūm liber est, qui nulli peccato seruit; seruit autē Deo, cui seruire est regnare.*

## CAPVT VIII.

*Egestatem summam impio affert peccatum lethiferum.*

**S**Poliat enim eum, gratia iam diuina ablata, charitate primum, virtutum regina, quæ hominem cum Deo coniungere solet, virtutibusq; alijs omnibus imperat, earumq; officia exercet. Virtutibus deinde Cardinalibus, aliarum cardinibus; donis tandē spiritus Sancti, quæ cum gratia infunduntur, eoque sine homini conceduntur, vt eū ad voluntatē Dei promptē exequendam moueant, & vt se frequēter in actionib. virtutum exerceat, adhortantur. Fidē Theologi-



logicam, quæ intellectū ad credendum erigit, vt & spem Theologicam, quoque virtutem, ad æterna suspirantem, non evertit quidem peccatum mortale, occidit tamen suo modo, earumq; nitorem & gloriam tollit. Sicque peccatum mortiferum omnia ferè vel aufert, vel labefactat, quæ homini ad salutem necessaria sunt. Rectèque proinde

*To. s. hom. 2. de Prov.* D. Chrysostomus scripsit, *peccate nihil esse pauperius*; ab eo enim aqua ferè omnis effusa est, virtus exaruit, fortitudo in fauillam redacta est: cum Samsone cæcus molit, cum Iobo in sterquilinio sedet, à planta pedis vsque ad verticem capitis sanitate caret, vulnus & lior, & plaga tumens. Ter igitur execrandum est peccatum mortale, quod vermis ad instar pomum totum cõsumit, vt fermentū totam massam

sam  
ges o  
flore  
vt na  
eijcit  
mane  
est, h  
est, v  
di fu  
lis c  
hum  
scelu  
elita  
uole  
noce  
dium  
tritu  
tas in  
cũm  
cato  
suos  
clam  
riam  
non

sam corrumpit, vt grando fruges omnes disperdit, vt ventus flores, frondes, fructus decutit, vt naufragium merces omnes eijcit. Quod si virtus aliqua remanere videtur, falsa fictaq; illa est, hypocrisis est, flagitij larua est, virtutis fucus est. Eiusmodi fuit religio & obedientia Saulis coram populo & Samuele, humanitas charitas, & iustitiae scelus Absalonis aduersus Israelitas; Dauidis ementita beneuolentia in Vriam Ethæum, innocentia, & diuinæ gloriæ studium insolentis Pharisei in contritum publicanum; Iudæ pietas in seruatores nostrum. Quæ cum ita sint, an non dolebit peccator? an non consumet annos suos in gemitibus? Esau irrugijt clamore valido, cum temporariam benedictionem amisit, & non rugiet impius implacabiliter,

*1.Reg. 15.**2.Reg. 15.**2.Reg. 11.**Luce. 12. 10.**Mat. 26. 49*

ter, qui cælesti benedictione priuatus est? Prodigus paternæ substantiæ in cælum clamauit, & ludio, qui cælestem thesaurum vno peccati mortalis iactu perdidit, in cælum gemens nõ clamabit? Clamabit, si sapit, cumq;

Iob. 29. 2.

Iobo dicet: *Quis mihi tribuat, ut sim iuxta pristinos menses, secundum dies, quib. Deus custodiebat me quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad limen eius ambulabam in tenebris.*

## CAPVT IX.

*Memoria peccato mortifero magnam partem intercidit.*

**M**EMORIA mater intelligentiæ, rerumq; magistra grauius originario peccato læsa est, grauius autem peccato mortali actuali læditur, præsertim cum iteratur repetiturque & vulnere vulnus additur. Ideo verò læditur,

tur, quia in eam obliuionē ma-  
lam inducit, eorum scilicet, quæ  
quis, vel facere, vel omittere de-  
beret; Obliuionē autē propter  
ea inducit, quia hominem, ob  
peccati voluptatē, incuriosum  
reddit, negligentē & segnem, vt  
frequenter nō consideret id, cu-  
ius memor esse debebat; vel nō  
curet, ne è mente excidat, cuius  
memoriam habere oportebat;  
idq; respectu rerum, vel præte-  
ritarum, vel præsentium, vel fu-  
turarum; circa ea item quæ ad  
Deum, se, & alios pertinent.  
In memoria perpetuò retinen-  
dus esset Deus, & ob oculos sem-  
per habēdas; id enim ille à spon-  
sa sua flagitat, cū sic ait: *Pone Cant. 8. 6.*  
*me vt signaculum supra cor tuum,*  
*vt signaculum supra brachium tu-*  
*um, quia fortis est vt mors dilectio.*  
Quæ verba Cassiodorus sic ex-  
ponit: *pone me signaculum supra cor*  
*tuum.*

tuum, hoc est, habeto me semper in memoria tua; & pone me signaculum supra brachium, id est, habeto me semper in omni actione tua presentem.

Id autem homo impius non facit. Idem, ut beneficiorum est author, in memoria semper esse retinendus. Ad id Psaltes regius

ps. 102. 1. 2. se hortatur his verbis: *Benedic anima mea Domino, & omnia quae intra me sunt nomini sancto eius: benedic anima mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones eius; qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.*

Moyfes verò populum Israel in Deut. 6. 12. hæc verba: *Caue diligenter, ne obliviscaris Domini, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo servitutis.* Iam impius beneficiorum à Deo acceptorum immemor est; meritoq; in alijs reprehenditur à Prophe-

ta regio sequentibus verbis: *Non fuerunt memores multitudinis misericordiarum*

ricordia  
ti sunt o  
Deum  
ille sol  
cum al  
dinem  
gite hæc  
ne quam  
piat, O  
les (ho  
illius c  
que oli  
quare ob  
tristatus  
quus, a  
& expr  
bulant m  
ratione  
est men  
bere, à  
Vel ipsa  
me mal  
dum, iu  
strum l

ricordia tua. Et: Citò fecerunt, obli-  
 ti sunt operum eius. Post: obliti sunt  
 Deum, qui saluauit eos. Neq; verò  
 ille solùm reprehenditur, sed &  
 cum alijs, ob tantam ingrati-  
 tudinem, audire cogitur: Intelli- ps. 49. 28.  
 gite hæc qui obliuiscimini Deum,  
 ne quando rapiat, & non sit qui eri-  
 piat, Obliuiosa etiam hæc mo-  
 les (homo) timeat ne & Deus  
 illius obliuiscatur, lamentari-  
 que olim cogatur cum Dauide, ps. 41. 10.  
 quare oblitus es mei? & quare con-  
 tristatus incedo, dum affligit me ini-  
 quus, dum confringuntur ossa mea,  
 & exprobrauerunt mihi, qui tri-  
 bulant me inimici mei &c. Admi-  
 ratione prorsus omni dignum  
 est memoriam eum Deo non ha-  
 bere, à quo memoriam habet.  
 Vel ipsa ingratitude, quæ infame  
 malum est, homini detestan-  
 dum, iustitiæ inimicum, oppo-  
 situm legibus, contrarium na-  
 turæ,

Q turæ,

turæ, & Deo odiosum, vitiorum  
 item omnium sordida cloaca,  
 sceleratorum asyllum, omnium  
 iniuriarum epilodus, impium in  
 officio cōtinere deberet. Hęc de  
 præteritis. In memoria deinde  
 retinēda essent, quæ ad cuiusvis  
 officium præsens pertinent, bea-  
 tumque efficiunt, vt D. Iacobus  
 his verbis tradit: *Beatus, qui non  
 est factus Evangelicæ legis obliuioſus  
 auditor, sed operis ( præcepti, vel  
 voti) factor.* Id impius quoque  
 negligit, vt & futurorum, qua-  
 tuor imprimis nouissimorum,  
 memoriam, quæ ipsum à pec-  
 catis auocare possent. Vnde fa-  
 cilè conijci potest, quam, qua-  
 lemue salutis suæ curam habeat,  
 eius enim mentura, memorie  
 cura esse solet. Recordationis  
 verò iniuriarū tenacissimus est,  
 quemadmodum & memoria  
 apud posteros cōseruanda, quam  
 tamen

cap. I. 25.

tamen  
 forato  
 perfim  
 nes rid

Imagin

DEU  
 nit

Bernar

Scriptu

inmor

ginem,

didit. In

gustinu

est posita

cundum

tate, &

tus est. &

uina iu

choro

quo D

tamen, utpote instabilem, perforatoque vasi filiorum Danai persimilem, iure optimo omnes ridere solent.

## CAPVT X.

*Imaginem Dei in homine deformat  
peccatum mortale.*

**D**Eus Opt. Max. consilio S. Trinitatis, quemadmodum D. Bernardus loquitur, hominem, ut Scriptura diuina docet, diuino, immortalique beneficio, ad imaginem, & similitudinem suam condidit. Imago Dei, ut tradit D. Augustinus, in ipsius hominis natura est posita, mente scilicet, quatenus secundum eam ille, intellectu, voluntate, & memoria, ut Deus, praeditus est. Similitudo vero gratia diuina iustificante, virtutumque choro & comitatu continetur, quo Dei imago ornatur, illu-

*De inter.  
do. c. 67.*

*Lib. 14. de  
Trin. c. 3.*

Q 2 stris-



In Hex. l.  
6. .7.  
In Gen.

strisque redditur, virtutum gra-  
tia, splendore, & paterna substan-  
tia, vt Ambrosius habet, coloribus  
insignibus, iuxta Gregorium Ny-  
senum, renitens. Imaginem  
Dei peccatum originale defor-  
mauit hoc ipso, quo iustitia &  
sanctitate cæterisque virtutibus  
eam, adeoque Dei similitudine  
priuauit; restitutã deinde, pec-  
catum mortiferum deformat a-  
liquanto grauius, cùm iteratur  
præsertim sæpius eiusque loco  
illam sumit, quæ, vt inquit Am-  
brosius, loco citato, ciuitatem  
Dei intrare non potest; impioque  
adeo, peccatum lethiferum co-  
ronam de capite decutit, tribu-  
tarium Diaboli, plus dico, non  
hominem efficit. De Noe siqui-  
dem, proboque adeo quocun-  
que D. Chrysostomus loquens  
sic habet: *Noe in tanto populo, qui  
diluuio perijt hominis esse retinuit,*  
quia

Hom 23.  
in Gen.

quia im-  
ornatam  
impiur-  
nes, sed  
& ex ho-  
malitiã  
miserum  
tum. C  
licet im-  
gratiam  
virtute  
similitu-  
liciterq  
vt impi-  
ritum m  
nouum  
um crea-  
tate veri-  
Potentia  
de  
NOr  
eni

quia imaginem iustitia & sanctitate  
ornatam retinuit; ceteri, quibus  
impium adiungimus, non homi-  
nes, sed humanam gerentes formam,  
& ex hominibus in bestias conuersi,  
malitiã voluntatis, generositatem a-  
miserunt? Onofandum pecca-  
tum. O Circen crudelem, quæ  
licet imaginem Dei non tollat,  
gratiam tamen diuinam vt &  
virtutes illi adiunctas, adeoque  
similitudinem Dei miserè in fe-  
liciterque aufert. Faxit Deus, *Eph. 4. 34.*  
vt impius D. Pauli consilio, spi-  
ritum mentis sua renouet, & induat  
nouum hominem, qui secundum De-  
um creatus est, in iustitia & sancti-  
tate veritatis.

## CAPVT XI.

Potentia executiua peccato mortali la-  
ditur & labefactatur.

**N**on respectu mali; impius  
enim mala plurima facere

Q 3 solet,

*Sap. 5.7.*

solet, & verò, lassatur in via iniquitatis. Non ratione etiam boni mortalis, opus enim tale, naturæ quidem suæ consentaneū facere potest, præmioq; etiā temporali Deus illud afficit. Ratione verò boni supernaturalis, sterilis omnino & infæcūdus est peccator; paralyti dissolutionis laborat, & vt Samson abscissis capillis, sic impius virtutibus amissis, ad id faciendum infirmus redditur. Non potest enim primò Deum diligere super omnia simpliciter, quæcunq; longo tēpore occurrere possint, cum eiusmodi dilectione pugnantia, & ab eo, tanquam vltimo fine, auertentia. Non potest item seruare omnia omnino præcepta, omniaq; adeo peccata contraria vitare. Non potest præterea aliquid omnino facere, quod sit vitæ æternæ meritorium, & pro pœnis

pœnis  
num  
omni  
gratia  
Deus  
ab im  
quitur  
manus  
est, pe  
& scie  
& vac  
sine fru  
Idē pa  
tia: s  
omnes  
ro corpi  
tatem  
prodest  
lia à P  
Etū sc  
neg, ac  
suam  
cet,  
vacuo

pœnis temporalibus satis factio-  
 num, caret siquidem horum  
 omnium causa & principio,  
 gratia scilicet iustificante. Hinc  
 Deus olim noluit sibi incensum  
 ab impijs offerri; sic enim lo-  
 quitur: *abominatio mihi est, quia* *Es. 1. 13.*  
*manus vestrae plene sunt sanguine, id*  
*est, peccatis. Qui abiecit sapientiam*  
*& scientiam, ait sapiens, infelix est,* *Sap. 3. 11.*  
*& vacua est spes illorum, & labores*  
*sine fructu, & inutilia opera eorum.*  
 Idē patet ex hac Apostoli sentē- *1. Cor. 13. 3*  
 tia: *si distribuero in cibos pauperum*  
*omnes facultates meas, & si tradide-*  
*ro corpus meum ita ut ardeam, chari-*  
*tatem autem non habuero, nihil mihi*  
*prodest. Quare impij opera inuti-*  
*lia à Propheta appellatur, respe-* *Es. 59. 6.*  
*ctu scilicet mercedis æternæ; si-*  
*neq; adeo causa & vanæ fortitudinem*  
*suam consumit, ut idem alibi do-*  
*cet, menses item ut Iob ait, habet cap. 49. 4.*  
*vacuos. Neq; tamen ideo à bonis*

Q 4 operi-

operibus cessare ille debet; sibi enim suo modo profunt, & alijs *cap. 7. 3.* quoque vtilia sunt. Et quādo respectu operum supernaturalium & meritoriorū vitæ æternæ cum paralytico iacet peccator in lecto, & cum Lothi vxore in statuam salis conuersus infrugifer factus est, causam habet, vt cum Samfone humiliter petat à Deo: *Redde mihi fortitudinem meam, gratiæ scilicet iustificantis, & virtutum, fructum vt efferam, vitæ æternæ meritorium.*

## CAPVT XII.

*Sensus hominis peccato mortifero vitiantur.*

**A**Cceperunt illi quidem, originali Iusticia amissa, damnum aliquod, vt supra attigi, maius tamen & auctius illud, peccatis iteratis indies existit; *rati-*

rationem namq; agnoscere no-  
lunt, dominari volunt, volupta-  
tem suam, quàm hominis vel v-  
tilitatem, vel necessitatem quæ-  
runt libentiùs. Et interni qui-  
dem, inferni prodromi, imagi-  
num multarum varietate men-  
tem pænè obruunt. Externi  
verò quosuis hostes, quantum-  
uis infensos & noxios, ad ho-  
minis arcem, animam, Dei se-  
dem, & diuinorum thesauro-  
rum arcam, ad præsentissimum  
eius exitium, perfidè, & prodi-  
toriè intromittunt. Insidiæ om-  
nes, vt in specie aliquid de singu-  
lis dicamus, quæ homini stru-  
untur, authore oculo struun-  
tur. Laquei, vt Mazarinus no-  
ster ait, quibus ille vincitur ar-  
ctissimè, grati sunt & iucundi  
aspectus, non ridigi funes; Sa-  
tellites immites dirè eum tor-  
quentes, oculi sunt, non tor-  
tores;

Qs

tores;

tores; venena, quæ ille haurit oculis, non ore haurit; sagittæ, quæ læthalia illi vulnera infligunt, non ab arcu, sed ab oculo mittuntur; flammæ quibus homo torretur, non à fornace, sed ab oculis saliunt; dolores & desideria illi in oculis, non in vasis pigmentarijs, vel officinis miscētur & fiunt. Verbo: oculi inuadunt, confodiunt, interficiunt hominem, eique Deum eripiunt, & felicitatem sempiternam. *Mors est in olla, oculo.* Auditus deinde malorum lernam secum trahit; fordidas enim merces in magno cordis foro venales exponit, malum non est quanquam atrocissimum, cui se non prostituat; Vocibus Dei obseratus, sermones spirituales, & ad salutem vel vtilis, vel necessarias fastidit; patulus verò & asininè

*4. Reg. 4.*

asininè longas est ad propriam  
laudem, ad nugamenta, ad fa-  
bulas &c. Delectatur percep-  
tione rerum curiosarum, ru-  
morum nouorum, vanorum,  
dieteriorum scurrilium, acu-  
leatorum, infamiũ lapsuum &c.  
Odoratus per peccatum cor-  
ruptus est; omnis enim gene-  
ris lauitias, & suauitates odo-  
rum quærit, immemor eius,  
quod communi veroque ada-  
gio dici solet: *qui bonè semper  
olet, malè olet.* Gustatus, qui  
conseruationi aliàs naturæ ne-  
cessarius est, peccato sic depra-  
uatus est, vt lauities iam, non  
necessitas quærat. Cibi op-  
pipari, vitiorum incendia, ma-  
gna coquorum arte & labore  
conditi, superfluiq; desideran-  
tur, cum Philoxeno gruis col-  
lum, suauitas vt diuturnior sit,  
optatur. *Venter non audit, poscit,*

Q 6 appel-



Phil. 3.

appellat. molestus est creditor,  
Deus, ut Apostolus ait, & Vene-  
ris amicus intimus. Tactus de-  
niq; toto corpore fusus, multos  
habet abusus, corporatarum si-  
quidem delectationum, libidi-  
nis imprimis est seminariū. Tan-  
gat peccator, si tangere lubet,  
Christum Dominū, quia virtus  
de illo exit, & sanat omnes. Tan-  
gat infernum meditatione, qui  
tactus re ipsa manet malos.

CAPVT XIII.

*Appetitus sensum sequens, per pec-  
catum mortale depra-  
uatur.*

**C**oncitat enim imprimis il-  
lum, bello vt intestino do-  
minum suum, rationem, perse-  
quatur, sibi que subiectum &  
obedientem efficiat. Milites de-  
inde illi necessarios submittit,  
amorem, odium, concupiscentiam,  
abomi-

abomin  
& tristi  
sit abso  
mala fug  
nimiru  
nem, ira  
nuè for  
in arcto  
& Capita  
cupiscen  
berus b  
Diaboli  
tes illor  
Amor co  
miles pr  
quo cale  
tur omni  
rit, non qu  
eo usq; v  
sunt D. E  
tus, in car  
dium de  
malum  
tur: ac c

abominationem, delectationē,  
 & tristitiam; quorum officium  
 sit absolute bona persequi, &  
 mala fugere. Alios deinde, spem  
 nimirum, audaciam, desperatio-  
 nem, iram, & timorem, qui stre-  
 nuē fortiterque agant, cum res  
 in arcto est posita. Illorum dux  
 & Capitaneus est appetitus con-  
 cupiscens, horum irascens: Ce-  
 berus biceps ex armamentario  
 Diaboli arma suppeditans. Mili-  
 tes illorum penitiūs videamus.  
 Amor concupiscentis appetitus  
 miles primus, rogos ardens, in  
 quo calefit, cuditur, & perpoli-  
 tur omne scelus, *quæ sua sunt quæ* *Phil. 2. 21.*  
*rit, non quæ Iesu Christi; & quidem*  
*eo usq; , ut necessitatis alueo (verba Hom. 4. in*  
*sunt D. Bernardi) minimè conten-* *Ezech.*  
*tus, in campos voluptatis exundet. O-*  
 dium deinde Charitatis venenū,  
 malum vult malo, eoque nutri-  
 tur: ac cum in peccati solius de-  
 Q7      testa-

testationē, omnemq; viam ini-  
quā ferri deberet, in bonum, ma-  
lum falsò æstimatum, vim vires-  
que suas omnes exerit. Et in Deū  
quidem primò omnium, quem  
diligere deberet, valido impetu  
ruit, non in se, sed vt mala ille  
prohibet, admissaque punit  
& castigat; deinde in se, *cum di-*  
*ligit iniquitatem*; in proximum  
tandem præceptus agitur, *homi-*  
*cidaque adeo*, iuxta D. Ioannem,

*1. Cap. 3. 15.*

*efficitur.* Concupiscentia seu desi-  
derium, oculorum est petulātia,  
pruritus aurium, odorandi vo-  
luptas, gustandi suauitas, tangē-  
di dulcitus, toti<sup>o</sup> corporis mol-  
licies. Huic cōtraria est abomina-  
tio siue fuga mali, sensu tamen,  
non ratione iudicati. De ea illud  
est: *posuerunt me abominationē sibi*  
*&c.* Delectatio, seu gaudiū, aure-  
um est poculum, ex quo bibunt  
peccatores venenum, & infernū  
cum

*Ps. 87. 9.*

cum Voluptate, quam, ceu Deam,  
 gentes olim coluerunt, & nunc  
 mortales nō pauci adorant. Tri-  
 stitia affectionū omniū pessima  
 est, *exsiccat scilicet ossa*, conficiens *Prou. 17.*  
 penitus hominem, vt plurimum *22.*  
 ob rerum temporalium iacturā  
 solam, nō scelerū, quorū pœni-  
 tentia salutē stabile operatur. I. *2. Cor. 17.*  
 rascens appetitus miles primus *10.*  
 spes est mala, cū quis nimium  
 sibi fidit, & in illis rebus colloca-  
 tur, quas temp<sup>o</sup> edax & fugax eri-  
 pit. Desperatio pessima est, siue  
 quis de peccatorū remissione de-  
 speret; siue diffidat se peccata vi-  
 tare posse. Audacia mala est,  
 cū quis plus nimio sibi tribuit,  
 maioraq; suis virib<sup>9</sup> aggreditur,  
 vnde necessariō in multas mag-  
 nasq; sæpe difficultates incidat.  
 Timor quoq; malus est aliquan-  
 do, cū Deū, peccata &c. nō timet,  
 timet autē corporis & fortunæ  
 dam

damna, &c. Ira homini familia-  
 rissima, vindictam perpetuo de-  
 postulat, verbis contumeliosis ali-  
 os inuadit, vel nulla voce emissa,  
 signoue dato in semetipso tur-  
 batur, & in alios commouetur.  
 Militibus his fretus & elatus ap-  
 petitus sentiens, rationem bello  
 minimè bello illato, euertere,  
 hominique adeo interitum &  
 perniciem afferre molitur. Su-  
 per hac illius insolentia, rebelli-  
 one, & licentiosa libertate regi-  
 us vates, in hæc verba grauius  
 conqueritur: Miser factus sum, &  
 curuatus sum; lumbi mei impleti sunt  
 illusionibus, & non est sanitas in carne  
 mea, ob luculentas videlicet pla-  
 gas in hoc bello acceptas. Et A-  
 postolus, cum ita scribit: Infelix  
 ego homo, quis me liberabit de corpore  
 mortis huius? Et alibi: Caro concu-  
 piscit aduersus spiritum, & spiritus  
 aduersus carnem. Et nos, qui nauis  
 vehi-

Ps. 37. 7.

Ad Rom.  
7. 24.

Gal. 3. 17.

vehim  
 habem  
 tem? re  
 sedatis  
 rum mo  
 tante, tr  
 domine  
 ratio.

Mortiferu

v

QV

f

impij ne

mus qu

quoque

fariam v

vel Dei,

ratione.

tinet; in

trâ qua

præcipi

corpora v

vehi-

vehimur eadem, caussam quoque habemus lugendi, lugendi autem? remis & velis laborandi, ut sedatis compressisque his bellorum motibus, Domino impetrante, tranquillitas redeat, vnaque dominetur, quæ dominari debet ratio.

## CAPVT XIV.

*Mortiferum peccatum manum suam violentam corpori inicit.*

Quam sit peccatum læthiferum animæ hominis impij noxium, vidimus, videamus quàm sit idem corpori quoque illius perniciosum. Trifariam verò corpus, illud lædit, vel Dei, vel animæ, vel sui ipsius ratione. Quod ad primum pertinet, impedit illud primò (contra quàm Apostolus his verbis præcipit: *Obsecro vos, ut exhibeatis Rom. 12. 1.* corpora vestra hostiam viventem, Deo  
pla-

placentem, rationabile obsequium ve-  
strum) ne corpus Deo dicetur cō-  
secraturq; per gratiā nempe di-  
uinā viuū. Deinde corpus, quod  
D. Paulo auctore, *sanctū est templū*  
*diuinæ maiestatis, & sacrariū spiritus*  
*sancti*, violat. Tertio, quia depoli-  
tū Dei, gratiæ scilicet incompa-  
rabilem thesaurum, in corpore  
disperdit, illudq; adeo inhono-  
rat, Deumq; offendit. Postremo,  
quia facit, vt homo, corporis ra-  
tione, Deo non seruiat, & in eo  
non exultet. Quod ad secundū:  
corpori, animæ respectu, nocet  
quoq; peccatū mortale; *aggrauat*  
*enim animam corpus quod corrumpi-*  
*tur*, cū eam potius, ceu illius  
organum, iuuare debuisset; cu-  
stodem etiā illud facit legis  
membrorū, & carnis, quæ malū  
operatur; non finit tandem cor-  
pus animæ famulari. Quod ad  
tertium: Nullū est peccatū, quod  
corpus,

1. Cor. 3. 16.

1. Cor. 9. 15.

corpus, sui ratione, non laedit, & ratione quadam à recto statu dimoueat: *superbia quidem, juxta D. 34. Mos. Gregorium, clamorem habet, amaritudinem in silentio, dissolutionem in hilaritate, furorem in tristitia, inhonestatem in actione, honestatem in imagine, erectionem in incessu, rancorem in responsione.* Avaritia corpus extenuat, & ne marsupium euacuet, necessario alimento & indumento priuat. Luxuria corp<sup>o</sup> exedit atq; conficit. Inuidia corpus tabe consumit, gula corpus grauat, morbos generat, vitam contrahit, dies dimidiat. Ira corpus accedit, & quasi furiis exagitat, Acedia ossa ipsa consumit. Verbo: peccatū mortale corpus morbis innumeris debilitat, vires illi<sup>o</sup> cōsumit, speciē & formā destruit, laborū longitudine, ærūnarum latitudine, dolorū profunditate conficit, *amaritudinib<sup>o</sup>*



*Thr. 3. 15.* vt Propheta ait, replet, & absyn-  
thio inebriat, mittit, iuxta alium,  
*Ezech. 17. 24.* bestias pessimas usq; ad internecione,  
pestilentia & sanguine per illud trans-  
eunte, vt & gladio; infelicissima  
tandem & citissima aliquando  
mortis causa existit, eamq; cum  
morte secunda & æterna com-  
mutat. O peccati mortalis gra-  
uitatem & infœlicitatem!

## CAPVT XV.

*Corporis partibus & membris magna  
damna facit peccatum mor-  
tale.*

**D**E corporis detrimentis,  
quæ illi à peccato mortife-  
ro inferuntur, quædam in gene-  
re diximus, de damnis membro-  
rum & partium illius in specie  
aliquid quoque dicendum vide-  
tur. Caput ad arrogantiam effert  
peccatum mortale cerebrum  
vertigine rotat, fronti frontem  
adimit,

adimit, faciem *super carbones de- Thr. 48.*  
*nigrat*, genas inuerecundas red-  
 dit, supercilia ad diuinum con-  
 temptum inducit, *oculos in fines Prom. 17.*  
*terre projcit*, nasum ab odore di-<sup>24.</sup>  
 uinorum vngentorum auerit,  
 aures ad voces Dei obturat, la-  
 bia veneno aspidum inficit, os in-  
 fœtidum sepulchrum permutat,  
 dentes arma & sagittas facit, lin-  
 guam in gladium acuit, collum  
 ad superbiam & fastum exten-  
 dit, humeros reddit ad labores  
 impatientes, manus ad labores  
 efficit pigras, dexteram bonis  
 caducis, sinistram æternis im-  
 plet, pectus indurat, dorsum ad *Phil. 3. 19.*  
 malum incuruat, *ventrem Deum Ps. 37. 8.*  
*facit*, lumbos illusionibus explet, re-  
 nes eneruat, femur mulieribus  
 inclinat, genua irreuerentiæ cal-  
 lo obducit, pedes terrenis affe-  
 ctionibus grauat, cor aduersus  
 semetipsum limam efficit, visce-  
 ra im-

ra implet crudelitate, fel amaritudine, splenem flaua cholera, iecur concupiscentia, ossa impotentia, adipem in deuotione, carnem rebellionē, sanguinem carnificina. Ad verticem denique vsq; capitis hominem, qua corpore constat, cōstaprat. Hinc:

*A summo capitis, pariter pedis vsq;  
deorsum,*

*Ad plantam, sanum nil superesse  
reor.*

Impius tandem ipse, serpentum in morem, puluerem terræ estat, Diabolique etiam est cibus, quem, vt leo circumiens quarit, veste tandem gratiæ abiecta, maledictione ceu vestimento induitur, & in lecto, cuius operimentum vermes sunt & tineæ, sopore graui, in capite omnium altum stertit, & stertens interficitur, vt Isobeth,

Ca.

## CAPVT XVI.

*Homini peccatum mortale, infamiam  
inurit.*

**S**plendor nominis & famæ in  
bonis ponitur, recteq; ac lau- *Eccl. 41. 15.*  
dabiliter à bonis expetitur. Te-  
stis huius rei est diuina scriptura:  
*Curam habe, ait Sapiens, de bono no-  
mine; hoc enim magis permanebit quã  
mille thesauri pretiosi & magni.*  
Et: *Melius est nomen bonum quam  
unguenta pretiosa.* Hoc nomen  
peccato mortifero obscura-  
tur, impiusque adeo ipse vilis  
& ignobilis efficitur, juxta illud: *1. Reg. 2. 30.*  
*Quicumque honorificabit me, glorifi-  
cabo eum, qui autem contemnunt me,  
ignobiles erunt.* An enim ignobilis  
ille non est, cuius pater Diabo-  
lus est? impij verò progenitor  
ille est, vt in S. litteris asseritur:  
*Vos ex Patre Diabolo estis, & desideria  
eius vultis perficere.* *Io. 8. 44.*  
Annō ignobilis  
ille

ille est, cuius patria ignobilis est.  
 Est autem impij talis; est enim de  
 deorsum, nomenque habet scriptum in  
 terra. Ignobilis deinde & vilis an  
 non in se etiam est, quippe Dia-  
 bolus, eoq; peior; quia rursum  
 animam habet, pulchritudine  
 & similitudine Dei destitutam,  
 imaginemque ad nihilum reda-  
 ctam, vt & ad vilitatem corporis  
 depressam? intellectum feris  
 exæquatum, impiumque adeo  
 rapinâ lupum, irâ canem, astu-  
 tiâ vulpem, furore leonem, timi-  
 ditate ceruum, leuitate autem, la-  
 sciviâ aprum, insipientiâ mulû,  
 pigritiâ asinum; voluntatem  
 virtute destitutam, vt & liberta-  
 te; memoriâ memoriâ, po-  
 tentiam potentiâ, sensus freno,  
 appetitum sentientem obedi-  
 tiâ, carnem subiectione? Igno-  
 bilis rursum & vilis an non est  
 peccator in omni actione sua? à  
 Deo

Jo. 6. 70.

Ps. 72. 20.

Deo e  
 creatur  
 uersus  
 cõtem  
 tristat:  
 ta arge  
 tò min  
 raba, v  
 tat; aut  
 nuo cr  
 vilis ar  
 conscia  
 peccat  
 propal  
 formit  
 factum  
 ne dep  
 id non  
 um rei  
 facere  
 dum ef  
 lum, ne  
 fit, ign  
 miam i

Deo enim perfidus desciscit; ei creaturas impius præponit; aduersus eum rebellat; summum bonum contemnit; spiritum sanctum contristat: Christum non iam triginta argenteis, sicut Iudas, sed multo minori pretio vendit; pro Barabâ, vel Diabolo potius commutat; authorem vitæ, quo ad se, de nouo crucifigit. Ignobilis tandem & vilis an non est peccator suam vel conscientiam, vel testimonio? post peccatum enim se abscondit, nec propalare illud audet, odio deformitatis & infamiae: accusatus factum negat; in flagrante crimine deprehensus, illud excusat; si id non detur, imminuit, in alium reijcit; si illud non possit facere, optat vniuersum mundum esse cæcum, aut pariter malum, ne solus peccasse videri possit, ignomiam adeoque & infamiam incurrere. Sed cum villico *Luc. 16. 7.*

R. diffa-

*diffamatus est apud Deum, infamiaq; notam evitare nō potest, non in hac tantum vita, sed & post eam; in nouissimo enim die, in illo orbis theatro, omnium risui & ludibrio expositus, sententiam damnationis accipiet, & à beatorum gloria exclusus, terræque vili per gravitatem comparatus, in infernum, æternum deprimetur infamis.*

## CAPVT XVII.

*Externa fortuna bona peccato mortali  
pessundantur.*

**O**Pes primùm & diuitias pessundat peccatū laethiferū.

*Gen. 7. 19.*

*Exo. 12.*

Exempla in promptu sunt: mundus totus diluuiō fuit absorptus, ciuitates quinq; igne absumptæ, indurata Ægyptus auro & argēto spoliata, lebusæi ac Chanaanæi regionibus suis exuti, infelix Hierosolyma solo æquata. Quot

alia.

alia temporalia damna dederint  
 bella, terræmotus, funestæ maris  
 répestates, diluuiâ, ignes, flumi-  
 na, grandines, sagittæ, turbines,  
 furibundi venti &c. infinitū esset  
 enumerare. Mundus totus cala-  
 mitatibus & ærumnis obsessus,  
 ludibrio fortunæ exposit<sup>o</sup> agita-  
 tur: creaturæ impio nō arrident,  
 iratæ hilarem contrahunt frōtē,  
 pluraq; & maiora illi, qui in *cathe-* *Ps. 1. 1.*  
*dra pestilentia sedet,* & minantur &  
 machinantur. Conceptum de-  
 inde filiorum & ortum, poster-  
 itatis spē, impedit Deus, in cuius  
 ira furoris indignatio effūditur;  
 sic necessarios Pharaonis steriles  
 fecit, quia Sarā viro suo abstule-  
 rūt. Prole David, ob patratū à se *2. Reg. 12.*  
 scelus, orbatu s fuit; Heli itē libe- *18.*  
 ris suis, quos nō castigauit. *Cap. 4. 18.*  
 Imperia rur<sup>o</sup>, regna, principatus & di-  
 tiones integræ ob peccata amif-  
 sæ sunt. Assiriorū imperiū, vt ait

R. 2 Maza-



*In Ps 10.*

Mazarinus noster, in Sardanapalo defecit, ob lasciuiam eius effœminatam; regnum Medorū in Astyage, propter crudelitatem & parricidium; Persarum in Dario, propter intolerabilem eius fastum; Macedonum in Perseo, propter crebras eius rebelliones, Romanorū in Tarquinio, ob effrenē eius libidinē; Iudæorum in Herode, propter impias idololatrias, & mortem Christo salutis nostræ vindici illatam. Ingens ille colossus Babylonis, auro, argento, ære, ferro, luto constans, variaq; regna signans, contritus & in fauillam redactus est. Prægrandis illa, pulcherrima, & fœcundissima arbor, per Daniele regi ostensa, ramis fuit spoliata, floribus, foliis, succisa tandem & fermè euulsa, ni Deus clementia sua multa facinus præuenisset, & Nabuchodonosorem conseruasset.

uasset.  
hil, ex  
est ext  
scorur  
Sed vr  
propter  
multi p  
maduc  
cendit f  
duntur  
dictun  
lex po  
bonis  
tuntur  
terris,  
præful  
terræ  
renuit  
dignit  
per pe  
fecit.  
in

uasset. Etsi verò adforet aliud nihil, extra omnem aleam, diuisio est extrema ruina & vastatio priscorum clarorumq; regnorum. Sed vnde diuisio nisi à peccato? *propter peccata terra*, ait Sapiens, *multi principes eius*. Iusta autē animaduersione eius, *in cuius ira ascendit fumus, & carbones ab eo accenduntur*, id accidit, quod adhuc dictum est, quoniam æquitatis lex postulat, vt temporalibus bonis illi priuentur, qui eis abutuntur; & vt non dominetur in terris, nec vllò singulari honore præfulgeat, qui summo cœli ac terræ Monarchæ subditus esse renuit, neque cæteris mortalibus dignitate & gloria antecedit, qui per peccatum se bestiis similem fecit. *Horrendum igitur est incidere in manus Dei viventis, peccataque castigantis.*

R 3

CA-

## CAPVT XVIII.

*Deus impium afficit mala infelicique  
morte corporis.*

**M**ors corporis, parca crude-  
lis, homini à natura coge-  
nita non est, sed peccati primi in  
Deum commissi, nefarij scilicet  
patris, infœlix filia. Ita enim pri-  
mo homini dictum est: *In qua-*  
*cunq; die comederis, morte morieris.*  
*Sap. 2. 24.* Habetur, & illud in scriptura di-  
*Rom. 5. 12.* uina: *Inuidiâ Diaboli mors intrauit in*  
*orbem terrarum. Et hoc: Per unum*  
*hominem peccatum intrauit in mun-*  
*dum, & per peccatum mors, & ita in*  
*omnes homines mors pertransiit, in quo*  
*omnes peccauerunt. Mors hæc in-*  
*busdâ, piis scilicet, bona & fœlix*  
*est; in aliis, impiis nimirum, mala*  
*& infœlix esse solet. Mala & in-*  
*fœlix multis variisq; modis esse*  
*consueuit; quædam enim violen-*  
*ta est, non naturalis. De hac illud*  
in

*Pf. 72. 18.*

in S. li  
propter  
dum a  
qui elon  
disti or  
Et :  
buntur  
quæ  
sunt,  
duntur  
cense  
ri eni  
Corio  
Dath  
flam  
aliis  
perie  
Mor  
nim  
beat  
gius  
horas  
ritur  
secu

in S. litteris habetur: Veruntamen  
 propter dolos posuisti eos, deiecisti eos  
 dum alienarentur. Et: Quia ecce <sup>II.27.</sup>  
 qui elongant se à te, peribunt: perdi-  
 disti omnes, qui fornicantur abs te.  
 Et: Qui malignantur extermina- <sup>ps.36.9.</sup>  
 buntur. Exempla diuinæ iustitiæ,  
 quæ pauore & honore plena  
 sunt, & in diuina scriptura pro-  
 duntur, inq; vulgus nota sunt re-  
 censere animus non est. Innume-  
 ri enim præter diluuiò deletos,  
 Coricas, Sodomitas, & asseclas  
 Dathan & Abyron, vel ferro, vel  
 flammis, vel aquis, vel fame, vel  
 aliis modis, ob nefanda peccat.  
 perierunt, & quotidie pereunt.  
 Mors alia abbreviata est; licet e-  
 nim Deus ab æterno mensuratos ha-  
 beat vniuscuiusq; apud se annos, vt re- <sup>ps.38.6.</sup>  
 gius Proph. ait, imò & menses, dies,  
 horas, & momēta, in quib<sup>9</sup> quisq; mo-  
 riturus sit, præteririq; etiã non possint,  
 secundum Iob; decreto tamen <sup>C.14.5.</sup>

fuo diuino, nonnullis dies, quibus supra terram, iuxta naturalem suam inclinationem, viuere poterant, vel abbreviat, vel producit & prorogat, impiis tamen quibusdam abbreviat, statoque adeo tempore non moriuntur. De his illud est: *Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Et hoc: *Dum adhuc ordiret succidit me*, longas scilicet telas vitæ. Nonnulla est mors cita omnino, & inexpectata. Id indicat Iob, de quodam enim impio Tyranno loquens, tale de eo iudicium tulit: *Auferetur spiritus oris sui*, id est, morietur sospes beneque valens, adeoque repente. In puncto, ait idem, ad inferna descendunt; Amara item quædam est mors, de qua Sapiens sic loquitur: *O mors quàm amara est memoria sua homini pacem habenti in substantia sua.* Mors tandem aliqua est, quam

*Pf. 54. 24.**Cap. 15. 30.**Cap. 21. 13.**Ecclesi. 41. 1.*

quam  
fima  
impiu  
tendu  
Dei sp  
Diabo  
quo p

Peccato  
jud

**M**

vt Poe  
morta  
cet, in  
suffici  
alia p  
thanæ  
ram, n  
est pri  
cium,  
comm  
tiam,  
nimè

quam mors secunda excipit, pef- *ps. 33. 22.*  
 fima scilicet, in inferno, quando *ps. 141. 8.*  
 impius non moritur ad confi-  
 tendum Domino, nec in manus  
 Dei spiritum commendat, sed  
 Diaboli, cui in vita seruiuit, & à  
 quo præmium quoque accipit.

## CAPVT XIX.

*Peccator, exacta hac vita, particulare  
 iudicium durum subire debet.*

**M**iseriarum & calamitatum  
 plaustra, quæ nõ Pandora,  
 vt Poetæ finxerunt, sed peccatũ  
 mortale vt scriptura diuina do-  
 cet, in hãc vitã inuexit, hominẽ  
 sufficienter nõ castigãt, horrẽdã  
 aliã pœnã eum post mortem Sa-  
 thanã filiam, crudelemq; Megã-  
 ram, manent. In ijs est primũ  
 est priuatum particulareq; iudi-  
 cium, in quo, juxta D. Paulũ, & 2. Cor. 3. 10.  
 comunẽ Orthodoxorũ sentẽ-  
 tiam, & sensum cõsensumq; vna-  
 nimẽ omniũ fideiũ, peccator so-

R s lus,

lus, & quo ad animam solam, sta-  
 tim atq; è corpore discessit, par-  
 ticularè damnationis sententiã,  
 à Christo Domino, qui, vt D. Pe-  
 trus ait, *constitutus est à Deo iudex vi-  
 uorũ & mortuorũ, & cui, secundũ  
 Ioannẽ, pater omne iudiciũ dedit, in-  
 uisibiliter, absolutè, & irreuoca-  
 biliter, eo loco, in quo mors eum  
 occupat, præsentẽ Angelo custo-  
 de, & accusatore lætitiã gestiẽte,  
 accipit. Habet id iudiciũ ingẽ-  
 tes confusionis & desperationis  
 causas; primũ enim clarè tum  
 anima, nimirum tamen serò, in-  
 telliget grauitatem & prauita-  
 tem suorum peccatorum, adeo-  
 que cæcitatem, stultitiam, & te-  
 meritatem suam, qua ausa fuit,  
 tam facilè, tam leuiter, tamque  
 friuolas & futiles ob causas, tot,  
 tamq; grauia & enormia in De-  
 um peccata committere, & in a-  
 byssum cõsequenter æternæ dãm-  
 nationis*

natio  
 dice  
 uit; c  
 viam  
 ret c  
 ni, qu  
 illex  
 quæ  
 Intu  
 lix, i  
 facu  
 mo  
 dam  
 toru  
 para  
 inte  
 ignu  
 tort  
 dici  
 fidi  
 fed  
 Pro  
 flu  
 bri

nationis se præcipitè dare. Male-  
dicet proinde diei, in quâ pecca-  
uit; occasionì, quæ ad peccandũ  
viam aperuit, ei, qui vt pecca-  
ret caussam dedit, delectatio-  
ni, quæ vt peccatum admitteret,  
illexit; consuetudini tandem,  
quæ peccata & fouit & auxit.  
Intuebitur deinde anima infæ-  
lix, in præsentì hoc suo alterius  
sæculi statu, eoque miserri-  
mo & horrendissimo, se nu-  
dam, inermem, ream, à Dei, bea-  
torumq; omnium confortio se-  
paratam, vndiq; malis septam,  
inter occurstantes teterrimos, &  
igniuomos Dæmones trucesque  
tortores, corâ tribunali irati Iu-  
dicis solam, sine cuiusquam præ-  
sidio constitutam, & ad inferorũ  
sedes æternũ mox deturbandã.  
Proponet inde sibi locum va-  
stum & profundum, atrum tene-  
bris, & pænis horrificum, quasi

R 6 ocea.



oceanum quendam flamma & fumo vndantem. Audiet tandē Iudicis sententiam, iustūq; eius iudicium, quod celerrimus eius ad inferos raptus excipiet. Hæc omnia, quisquis es, jam dum tempus est, cordi tuo imprime, & cogita quale malum sit ab illo gaudio diuinæ contemplationis excludi, beatissima sanctorum omnium Societate priuari, fieri patriæ cœlestis extorrem, mori vitæ beatæ, morti viuere sempiternæ, in æternum ignem cum Diabolo & Angelis eius expelli, vbi sit mors secunda damnatis exilium, vita supplicium; nō sentire in illo igne, quod illuminat, sentire quod cruciat, exundantis incendij terribilis crepitus patris barathri fumantis cœca caligine oculos obcœcari, profundo gehennæ fluctuantis immergi; edacissimis in æternum dilaniari

ver-

vermib  
milia m  
ud quā  
um dar  
refrœ n

Peccat

Post

quod  
le est,  
cum &  
rendus  
diæ ad  
in suu  
Eum a  
opini  
uenien  
in hur  
fieri p  
ob oc  
Deus,

vermibus, nec finire. Hæc & similia multa cogitare nihil est aliud quàm vitijs omnibus repudium dare, & omnia blandimenta refrœnare.

## CAPVT XX.

*Peccator post hanc vitam iudicium  
dies nouissimi sub-  
ibit.*

Post particulare iudicium, quod priuatum & inuisibile est, vniuersale aliud publicum & inuisibile sequitur, horrendus scilicet humanæ tragediæ actus vltimus, cui peccator in suum malum interesse debet. Eum aptè, vt mea quidem fert opinio, sacrisq; scripturis conuenienter cognoscemus, si quæ in humano huius vitæ iudicio, fieri publicè & solenniter solèt, ob oculos ponamus; solet. n. Deus, quæ supernaturaliter no-

R 7 biscum

*De col. h.  
er. ar.*

hunc agitur, ut D. Dionysius Areo-  
 pagita ait, ad modum rerum na-  
 turalium, certa proportione in-  
 stituere, adeoque par quoque est  
 credere, eundem processum in  
 generali iudicio eum servaturū,  
 quem Iudices huius mundi pub-  
 licē & solenniter, in iudicando  
 adhibere consueverunt. Iam ut  
 ritē in humanis publica solen-  
 nisque iustitia administratur,  
 octo generatim requirantur;  
 quædam in primis, quæ terro-  
 rem iniiciunt, ut est armatorum  
 strepitus, campanæ pulsus &c.  
 Iudex deinde cum assessoribus;  
 tertio reus; accusator, testes,  
 advocatus, Iudicis sententia, &  
 eius executio. Eadem in gene-  
 rali iudicio cernere est. Impen-  
 dentis primum iudicij signa præ-  
 nunciata multa sunt; post abomi-  
 nandam enim Antichristi in Ec-  
 clesiam persecutionem, *virtutes*

*calo-*

calorum, hoc est, Angeli moue-  
 buntur, motu vel timoris reue-  
 rentialis Dei, vel admirationis,  
 vel iræ & odij aduersus peccata  
 impij; *coeli magno impetu transi-* *Mat. 24.*  
*ent; sol obscurabitur,* retroque & *2. pet. 1.*  
*ferrugineo amicietur velamina;* *Lf. 3.*  
*Luna non dabit lumen suum,* sat- *Lx. eob. 32.*  
*guinique similis erit; Stella ca-* *Apoc. 6.*  
*dent de cælo; ignis succendetur in fu-* *Deut. 32.*  
*rore ipsius, & ardebit usque ad in-* *ps. 96.*  
*ferni nouissima, inflammabitque in* *Apoc. 16.*  
*circuitu inimicos eius; aer fulgura* *Ps. 48. 96.*  
*dabit & grandines; aquæ turba-* *Lf. 13.*  
*buntur, earumque erit sonitus,* *Hier. 4.*  
 & horribilis fremitus. Terra cōmo-  
 uebitur cum fragore saxorū, tra-  
 jectione mōtium, valliū cōpla-  
 natione, vt omnia perhorrescāt  
 animalia; homines horrore &  
 pauore cōfusi per vias tanquam  
 mente alienati ambulabunt, &  
 attoniti quasi effigies saxæ sine  
 spiri-

Lu. 21.

spiritu stabunt ; catena qua alligatus est Satanas soluetur, Denique sonus magnæ tubæ, quo mundus totus personabit, horribilisque illa vox audietur : *Surgite mortui venite ad iudiciū, eā exciti, omnes omnino mortales aderūt, ut recipiat unusquisq; prout gessit in corpore suo, siue bonū sit, siue malum.* Iudex, qui ad iudicium venit, *triumphator est in Israel*, Christus Dominus noster, sapientiā, iustitiā, & potentiā infinitus, seuerus, terribilis & inexorabilis. Venit autem regio S. Crucis vexillo admirando præeunte, *cum potestate & maiestate magna.* Angelis, senibus populi, & principibus suis comitatus, in throno super vallem Iosaphat sedens. Reus, impius est, qui in peccatis ex hac vita discessit, à sinistris hædus collocatus, hic videns eum quem pupugit Christum iudicē, & confixit,

Reg. 15.

fixit, vt & insignia supplicij olim sui, pauens & dolens, optabit à montibus obrui, & à collibus cooperiri, imo in nihilum redigi. Accusator Dæmon est, qui in hanc sententiam coram iudice contra reum perorabit. Iuste iudex, tuus hic est per creationem, meus autem per culpam, tuus per naturam, meus per inobedientiam; maluit audire seductionem meam, quàm legē tuam, tuas leges seruare noluit, meis autem præceptis obediuit, iure igitur meus est, mihi seruiuit, à me mercedē quoque accipiet. Quod si mihi dicenti fides non habetur, adsunt testes, dent veritati, quam ego profero, testimonium. Qui illi? Tu ipse, Iudex iustissime, cuius iudicium verum est; Angeli, qui præsentibus omnibus fuerunt, & viderunt; homines alij qui con-

tra

*Lu. 13. 26.**Mat. 7. 22.**Rom. 8. 1.*

tra eum stant; reus ipse, eiusque  
consciētia aperta, ipsumq; con-  
vincens. Aduocatum, præter  
se, habet nullum; in sui autem  
defensionem hæc afferet: *Man-*  
*ducaui coram te, & bibi, in plateis*  
*meis docuisti, &c. in nomine tuo eieci*  
*demonia, virtutes multas feci, nihil*  
*damnationis est ei, qui est in Chri-*  
*sto &c.* Sed cū delicta sint ma-  
nifesta, lex evidens, articuli infi-  
niti, defensio friuola, excusatio  
stulta, appellatio vana, iudex  
incorruptus, fauores inuiles,  
executio festina, in eum hæc

*Mat. 23. 41.*

profertur sententia: *Discede à me*  
*maledicte in ignem æternum, qui pa-*  
*ratus est Diabolo & Angelis eius.*  
Pronunciata hac sententia, &  
ab assessoribus, iudicibusque se-  
cundarijs approbata, quemad-  
modū Dathan & Abyron cum  
suis, terra dehiscente, ab infer-  
no deuorabitur viuens, & in eo  
æter-

*Num. 16.*

32.

æterna  
peccat  
meritu  
conde  
pænæ.  
um co  
viri ma  
tant uo  
Domi

Dan

D  
ca  
Deo,  
dereli  
pheta  
fodit si  
qua cor  
plici er  
teritur  
auerfi

æterna supplicia sustinebit. Sic peccati fructus est accusatio, meritum, iudicium, præmium, condemnatio, finis, sine fine pœnæ. Hæc apud animum tuum cogita, ô peccator; Verum viri mali, vt ait Sapiens, non cogitant iudicium, qui autem inquirunt Dominum, animaduertunt omnia. *Prou. 28. 5.*

CAPVT XXI.

*Damnatus æternum cœli aditus prohibetur.*

**D**VO, in genere, mortali peccato insunt mala, auersio à Deo, & conuersio ad creaturas; derelinqt enim impius, vt *Propheta docet, fontem aquæ viuæ, & fodit sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere aquas non valent, duplici ergo contritione meritò ille conuertitur, vt idem Propheta ait; vna auersioni à Deo respondet, & dicitur* *Cap. 71. 18.*



dicitur pœna damni; conuersi-  
oni altera ad creaturas, & pœna  
sensus appellatur. Vtramque  
sententia in reum dicta mani-  
festè indicat. De priori hoc ca-  
pite, insequenti de posteriori  
agemus. Pœna damni sempiterna  
beatitudinis priuatione  
continetur, vt & cœli aditus  
empyreï; loco scilicet, qui or-  
nau est amœnissimus, situ al-  
tissimus, spatio amplissimus,  
materia præstantissimus, opera  
Dei, omni ex parte perfectissi-  
mus, mundi miraculum, nature  
prodigium; qui ad securitatem

- ps. 147. 13.* seris portarum ita confortatus est, ut  
ad eum malum nullum accedere pos-  
*ps. 90. 10.* sit; quem non sol, sed claritas Dei, &  
lucerna, & agnus illuminat; in quo  
*Apoc. 21. 23* gloria & diuitia sunt; Vita, vt l.  
*ps. 13. 3.* Augustinus scribit, sempiternè be-  
*In Man.* ata, gaudium sine mœrore, requies  
*6. 7.* sine labore, diuitia sine amissione; in

quæ

quo, iuxta D. Anselmum, *vita est Lib. simil.*

*sine morte, iuuentus sine senectute, sa. 4. 16.*

*mitas sine infirmitate, requies, sine la-*

*bore, gaudium sine tristitia, pax sine*

*discordia, lux sine tenebris, delectatio*

*sine fastidio, agilitas sine ponderositate,*

*fortitudo sine imbecillitate. In quo,*

*ut aliquid in specie etiam dica-*

*mus, anima beati, diuinitatis o-*

*ceano absorpta, quatuor exi-*

*mijs ornatur dotibus, visione*

*clara Dei, amore, comprehensi-*

*one & delectatione sempiterna;*

*Intellectus Deum bonū omne, Exo. 33. 19.*

*sicuti est, facieque ad faciem, hoc est, 1. c. 3. Io.*

*clare atque distinctè videt; Vo-*

*luntas lætitiâ adimpletâ, gaudiū*

*Dominici intrat, eoque potatur, satia-*

*tur, inebriatur; Memoria benefi-*

*torum nunquam obliuiscitur;*

*potentia Dominum ingreditur;*

*sensus voluptatibus omnib. per-*

*funditur; Visus superius regem*

*plenum gloriæ, subtus cælum*

*fide-*

ps. 117, 15.

sideribus variegatum, ad la-  
 Angelos & sanctos, ante æterni-  
 tatem nunquam finiendam, &  
 post felicitatē nulli alteri com-  
 parandam cernit; auditus perci-  
 pit iubilum perpetuum, *voce ex-  
 ultationis. & salutis in tabernaculis  
 iustorum, canticum novum Alleluia,*  
 suavem harmoniam, dulcem  
 melodiam; gustatus Deo trino  
 & vno sancto conuiuio, deside-  
 ratissimisque epulis satiatur; O-  
 doratus *in unguentorum odore cur-  
 rit;* Tactus, sine amissionis peti-  
 culo Deum comprehendit; ap-  
 petitus sensus *in pascuis uberrimis,  
 mensura bona & conferta, & congi-  
 tata, & supereffluente expletur;* Cor-  
 pus perfectum numerisq; omni-  
 bus absolutum, & gloria incō-  
 parabili rutilās, corpori clarita-  
 tis Christi configuratur; Caput  
 immarcessibili iustitiæ corona  
 de lapide pretioso fulget; facies  
 solis

solis in  
 fra, fo  
 talita  
 ternita  
 pus glo  
 stolaqu  
 datum  
 ferens,  
 ornatu  
 tate, a  
 quand  
 omner  
 fection  
 in celo  
 cet Do  
 dor lucis  
 & coron  
 firmæ m  
 scriptæ  
 rubini,  
 nation  
 Archæ  
 Proph  
 Cōfess  
 solis

folis instar splendet; oculi, ut astra, scintillant; collum immortalitatis torque micat; digiti æternitatis annulo induuntur; corpus gloriæ vestimentis indutum, stolaque immortalitatis circumdatum, regiam dignitatem præferens, eximijs quatuor dotibus ornatur, impatibilitate, subtilitate, agilitate, & claritate. Et quando societas amicorum ad omnem omnino fœlicitatis perfectionem necessaria est, & illa in cœlo nõ deest, Christus scilicet Dominus, quæ homo est, *candor lucis æternæ; mulier amicta sole, & corona duodecim stellarum;* purissimæ mentes, in suos choros descriptæ, Seraphini nempe, Cherubini, Throni, Virtutes, Dominationes, Potestates, Principatus, Archægeli, & Angeli, Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, Cõfessores, Virgines, Innocetes, tanto,

*Apoc. 7. 9.* tantonumero, nemo ut eos, D. Ioanne teste, dinumerare possit, tanta pulchritudine, quanta à mortalibus cogitari nequit, caritate tanta, nemo ut minus de gloria aliena, quàm de sua gaudeat. Iam beatitudine hac omni peccator, signatus caractere peccati bestiaeque nomine notatus, per omnes saeculorum aeternitates, carebit, exilioq; adeo caeli perpetuo, & poena damni plectetur. Id asserit D. Paulus in his verbis: *An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt. Nolite errare: neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei possidebunt. O miserum terque infelicem peccatorem; inferni igne timeret, sed D. Chrysostomus, amariorem gloria amissionem ducit, addens: Qui non no-*

*Hom. 47. ad pop.*

*uimus*

*uimus  
norum,  
tum su*

*De imp  
tis, fe*

**I***Mpi  
autem*

*tationes*

*foelicit*

*sus, et*

*animã*

*annes,*

*& hom*

*venefici*

*bus pars*

*igne &*

*cunda;*

*regiam*

*ta est c*

*rus, au*

uimus magnitudinem caelestium bonorum, nō possumus intelligere, quantum sit malum illis priuari.

## CAPVT XXII.

*De impio, cui adheret sedes iniquitatis, ferale supplicium, animæ ratione, in inferno sumitur.*

**I**mpius deletus de libro vitæ, libro autem inscriptus, in quo sunt lamentationes, carmen & va, morte infelicitè obita, cœloque exclusus, æternæ damnationi, quo ad animā addicitur. *Apoc. 21.8.* Timidis, ait Ioannes, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololâtris, & mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti, igne & sulphure, quod est mors secunda; adeoq; impius ad Diaboli regiam transmittitur, cuius porta est desperatio, custos Cerberus, aula carcer, tapetes tenebrę,

S men-

Serm. de  
S. region.

mensæ vincula, cibus fames,  
potus sitis, famuli Megæra, ho-  
rologium ululatus, lecti ignes,  
ordo chaos confusionis. Hanc  
regiam aliter describit D. Ber-  
nardus his verbis: O regio dura  
& grauis, regio extimescenda, regio fu-  
gienda; terra obliuionis, terra afflictio-  
nis, terra miseriarum, in qua nullus  
ordo, sed sempiternus horror inhabi-  
tat; locus lathifer, in quo ignis ardens,  
ubi frigus rigens, vermis immortalis,  
fœtor intolerabilis, mallei percutien-  
tes, tenebræ palpabiles, horribiles Da-  
monum facies, totus tremo atque hor-  
reo ad memoriam istius regionis, &  
concuſsa sunt omnia ossa mea. Ean-  
dem & Hugo de S. Victore sic  
depingit. Infernus locus est sine mē-  
sura, profundus sine fundo, plenus  
ardore incomparabili, ibi miseria, ibi  
tenebræ, ibi ordo nullus, horror æter-  
nus, ibi nulla spes boni, nulla despe-  
ratio mali; omnis qui in eo est adit se-

Lib. 4. de  
anima, c.  
13.

Et om.

Et omni  
mentori  
ius est  
in hoc s.  
mæ ei  
nobis  
tum e  
uiter v  
in lacu  
ante, c  
uissim  
agritu  
lectus  
ea du  
valet  
non m  
tas in  
phem  
Christ  
alios c  
bit, r  
Memo  
rum,  
rum

omnes alios, ibi omnia genera tormentorum, quorum minimum maximum est omnibus tormentis, quæcumque in hoc seculo fieri possunt. Sed animæ eiusque facultatum, quod nobis in hoc capite propositum est, pœnas in specie breviter videamus. Anima ergo in lacu igne ac sulphure æstante, ceu sepulta detinetur, gravissimisque doloribus, & iugi ægritudine torquetur; Intellectus tenebris excæcatus, ad ea duntaxat comprehendenda valet, quæ dolorem augere, non minuere possint; Voluntas in rabiem conuersa, blasphemias horrendas in Deum, Christum, sanctos euomet; in alios diras execrationes torquet, moreque canum arrodet. Memoriam bonorum amissorum, præsentiumque & futurorum recordatio excarnificabit.

S. 2. Poten.



Potentiam executricem com-  
pedes constringent, eiq; inge-  
tem dolorem afferent, quod ni-  
possit ex cruciatibus maximis  
mergere ipsa, nec alij illam  
eis liberare. Sensus internos  
phantasmata horribilia, & in ijs  
imaginationem, imagines flam-  
marum æternarum cruciabunt.  
Appetitum sentientem absentia  
omnium desiderabiliũ dirẽ tor-  
quebit. Quæ omnia vel saxa e-  
mouere, & adamantina pecto-  
ra emollire ad pœnitentiam de-  
berent.

#### CAPVT XXIII.

*Damnatus corporis ratione diras scelerum pœnas pendet.*

**I**N vasta illa & profunda, tene-  
brisq; & pœnis horribili, quasi  
oceano quodam, flamma & fu-  
mo vndanteregia, impius, quo  
ad corpus, Dæmonum atroci-  
tati

tati & crudelitati subiectus, in-  
auditis cruciatibus affligitur, la-  
ceratur, conficitur, igneque ac fri-  
gore acerrimo torquetur, & sine  
intermissione temporis, magnis  
dolorum acerbitatibus vexatur,  
exquisitis tormentorum varie-  
tibus deprimitur, intolerandis  
suppliciorum crudelitatibus pro-  
sternitur. In ijs principem lo-  
cum habere videtur ignis hor-  
rendus, præ illo. vt materialis  
noster velut pictus videri possit.  
De illo, audi peccator, quid Do- *Es. 33. 14.*  
minus dicat: *Quis poterit habitare*  
*de nobis cum igne deuorante? quis ha-*  
*bitabit ex nobis cum ardoribus sempi-*  
*ternis?* Si leuissimum hunc nostrum  
vel manibus attingere reformi-  
das, quomodo horrendum il-  
lum perpetuo sine fine feres? Sed  
figillatim videamus, & verò  
sentiamus corporis tormenta,  
sensuum maxime ratione, qui

in corpore fixam sedem habent. Visus horrendis tenebris, fumo-  
que fornacis magnæ torquebitur; & si quis eius est aspectus, & ille ingentem dolorem ei affert, cuiusmodi est horrendorū spectrorum, cacodemonum, inimicorum &c. Auditus suos etiam cruciatus habebit; semper enim audiet inconditos Dæmonū clamores, tortorū importunas voces: percutite, dilacera, iniice prunis, ebullientibus impone leberibus &c. damnatorum blasphemias, conuicia, maledicta, ululatus, rugitus, mugitus &c. Gustus canina laborabit fame, sitiq; intolerabili cruciabitur; *bibet tamē*

*Pf. 58. 7. semper de vino ira Dei, quod mixtum est mero; ignisq; grando, glacies & spiritus procellarū pars calicis eius. Odo-*

*ratus nō nisi mephitin percipit; & tetrum odorem: Erit, vt Propheta ait, pro suaui odore fœtor.*

Tactus

Tactus & suū corpore toto cruciatum ab igne maximè. Caput *Mat. 8. 12.* deinde dolebit acerrimè, dentes stridebunt, stomachi dolor erit durissimus, podagra intolerabilis, ossa & latera malleis & vetibus cōminuentur; cor vermis rodet & corrodet semp, opprobriabitq; scelera cōmissa. Sed serò sapiēt Phryges. Vbi deinde fama? vbi honor? vbi gloria? opprobrium sempiternū datur impio. Qui eius erunt serui? nulli, mācipium ipse erit miserrimum Dæmonum. Quos habebit amicos? nullos, eū omnes odio plusquam Vatiniano prosequentur. Quis eius princeps? quis Dominus? à fœditate & truculentia Draco, à nocendi desiderio leorugiens, à magnitudine & potentia Behemoth, ab ira magna Diabolus; is denique, *qui flu- 1 b. 40.* *uium absorbet; & habet fiduciam,*

S 4 quod

quod Iordanis influet eius, ex cuius oculis flāma, ex naribus fumus, quasi ex feruente olla, & ex ore ignis horrificus longè lateq; spargitur, cuius vires tanta sunt, vt neminem timeat, tanta malitia, vt nemini parcat, tantum nocēdi desiderium, vt nihil præter cruciatus, pœnas, supplicia cogitare possit. Quos qualesue socios habebit dānatus? improbos; deformes, in fœlices, rabie incensos, malitia obstinatos. Quid? serpētes, dracones, basiliscos, mōstra horrēda, furias, obuersantiū dæmonū laruas, multitudine in finitas, deformitate teterrimas, qui odio in damnatū perpetuò flagrātes, pro potestate sibi cōcessa pœnis pœnas, doloribus dolores accumulāt. Cruciatu hos omnes, consilio D. Chrysostomi, versā ô peccator, non enim sinet in gehennam incidere, gehenna semper meminisse.

Rom. 31. ad  
Rom.

## CAPVT XXIV.

*Inferni tormenta perpetuò  
durabunt.*

**A**sserit id prima & æterna ve-  
ritas, cum in damnandos  
hanc fert sententiam: *Ite male-  
dicti in ignem æternum.* Et D. Io-  
annes, cum ita scribit: *Cruciabun- Apoc. 20.*  
*tur (damnati) die ac nocte, in secula*<sup>10.</sup>  
*seculorum.* atque adeo sine inter-  
ruptione, sine diminutione, sine  
quiete; imo augebitur cruciatus  
accidentariò, accedentibus sem-  
per nouis damnatis. Ideo verò  
pœnæ inferni perpetuæ erunt,  
quia culpæ, quibus cum impius  
ex hac vita decessit, perpetuò  
manent; nulla enim vera pœ-  
nitentia, qua illæ tollantur, in  
inferno esse potest; neq; ei alie-  
na satisfactio cõmodare potest,  
à Deo non acceptanda. Culpa  
item infinita est, infinitamque  
S s adeo

adeo meretur pœnam; alias inter culpam & pœnam a qua non esset proportio. Peccator item, qui impœnitens moritur, quantum in ipso est, vellet perpetuo manere in suo peccato si posset; iusta ergo est pœna æterna, imo minor adhuc est, quàm ei debeatur; malū enim culpæ maius est omni omnino pœna. Unde à Theologis dici solet: *Deum contra condignum impium punire, ultra condignum beatum premio afficere.* Ideo rursus pœna est æterna, quia damnatus sibi necem afferre nō potest, neque alius illum perimere. Quia rursus Deus id decrevit, qui immutabilis est, & ut Propheta ait, non flectitur, neque parcit, neque miseretur. At inferni locus perpetuo non durabit? durabit; terra enim, in cuius medio infernus est, *in æternum*, ut Sapiens ait, *stabit.* Ignis forte

*Hier. 21. 7.*

*Eccl. 1. 4.*

forte aliquādo extinguetur? nō  
 extinguetur; *flatus enim Domini,*  
*iuxta Prophetam, sicut torrens* Es. 30 33.  
*fulphuris succendet eum, impiumque*  
*coburet, & non consumet.* Aeterna  
 ergo pœna damnatos manet.  
 O æternitas, quem tui confi-  
 deratio non mouet ad mala de-  
 ferenda, & bona facienda vel  
 cor, vel fidem non habet. Ut  
 peccator vtrumque habeat, vel  
 aurea hæc D. Prosperi senten-  
 tia mouere potest. *Cogita quale* Lib. 3. de  
*malum sit ab illo gaudio diuina con-* *uita con-*  
*templationis excludi, beatissima san-* *temp. c. 12.*  
*ctum omnium societate priuari,*  
*fieri patria cœlestis extorrem, mori*  
*vite beata, mori viuere sempiter-*  
*ne, in æternum ignem cum Dia-*  
*bolo & Angelis eius expelli, ubi sit*  
*mors secunda damnatus exilium, vi-*  
*ta supplicium; non sentire in illo igne*  
*quod illuminat, sentire quod cru-*



ciat, exundantis incendij terribilis cre-  
 pitus pati, barathri fumantis cœca ca-  
 ligrine oculos obcœcari, profundo ge-  
 henna fluctuantis immergi, edacissi-  
 mis in æternum dilaniari vermibus,  
 nec finire. Hæc & similia multa  
 cogitare nihil est aliud, quàm  
 vitijs omnibus repudium dare,  
 & omnia blandimenta carnalia  
 deuitare. Atque hæc de li-  
 bro quarto, postremus  
 sequitur.

DE IN-

DE  
 TA  
 PE  
 LIB.  
 Graue  
 tale  
 mo  
 rem

Nulla cr  
 dignum



bet. A  
 Peccat  
 mand